



31761 0688915370











410 C

34

# Registrum Johannis de Trillek

Episcopi Herefordensis, A.D. 1344-1361.



HEREFORD:

WILSON & PHILLIPS, PRINTERS, EIGN STREET.

1912.





JOHANNES DE TRILLEK.

(From a Brass in Hereford Cathedral).



BR  
763  
H47A2  
v.2

1356.

Oct. 6.—*A letter of pope Innocent VI to the prince of Wales praising his humility in success, his respectful attitude to the papal legate, and his generosity to the king of France, and urging him to consider favourably the advantages and blessings of peace.*

Innocencius, etc., dilecto filio, nobili viro, Edwardo, primo genito carissimi in Christo filii nostri, Edwardi, regis Anglie illustris, principi Wallie, salutem et apostolicam benedictionem. Venerabilis frater noster, Talarandus, episcopus Albanensis, apostolice sedis nuncius, per suas literas scripsit nobis quod tu, nobilitatem quam derivas ex genere confirmans et amplans generositate animi et operacione virtutum, tantis eum es prosecutus honoribus tantisque favoribus quantos filium in Christo patri decuit exhibere, quodque hiis omnibus majus est, animum tuum equaliter ad omnia preparans nulla erectus es prosperitate successum set in conspectu domini Dei tui semper humilior, ei omnia deputans a quo omnia suscepisti, carissimo filio nostro, Johanni, regi Francorum illustri, quem ad careerm tuum bellicus eventus adduxit, honorificenciam que tanto principi convenit benignus impendis, super quo nobilitatem tuam merito laudibus prosequentes et sperantes indubie quod omnipotens Deus, qui humilia respicit et alta a longe cognoscit, in te proinde uberior et copiosius graciam sue benedictionis effundet, nobilitatem tuam attente rogamus tibi paternis affectibus suadentes quatinus hiis, fili, semper imiteris operibus, hiis actionibus impliceris, verba pacis benigne audias et auditam favorabiliter prosequaris. Pax nempe, bonarum artium decora mater, bonorum nutrix est studiorum et cunctorum parens secunda virtutum. Datum Avinione, ii<sup>o</sup> nonas Octobris, pontificatus nostri anno iii<sup>to</sup>.

Oct. 3.—*Another letter from the pope urging the prince to make peace on terms to be proposed to him by the papal legates.*

27b.

Innocencius, etc., dilecto filio, etc. Quamquam, fili, ex tuorum felicitate successum cum mundo sentiens ut probabiliter glorieris, tenemus tamen indubie quod sicut Domino devotus et ex devotis es parentibus editus, triumphorum gloriam et victiarum honorem ad Deum, creatorem tuum, a quo est omnis Victoria omnisque triumphus cum reverencia refers, tenemus quod in eis effusionem cruoris humani consideras, tenemus quod animarum pericula intueris, et quod proinde in conspectu ipsius Dei tui eo

A.D. 1356.

te humilias amplius quo sicut circumspectus et providus plane perpendis debere te illi pro hiis referre gracias, pro hiis ab eo veniam deprecari. Licet nempe ipse idem Deus, prout vult distribuens dona sua, te victoriarum titulis et triumphorum pompa fecerit gloriosum, detestatur tamen plebis sue stragem nec regnancium rancorem aut odium, jus vel injuriam, compensari vult excidio fidelium et innocencium populorum; quod nos attenta nobiscum meditacione pensantes non revocamus in dubium, immo verisimiliter certi sumus quod quanto de manu Domini te prosperiora suscepisse cognoscis tanto ad pacem sis promptior, tanto ad concordiam favorabilius inclineris, maxime cum ea sit consuetudo potentium imitancium pietatem ut plus eos ad clemenciam cotidie prosperitas excitet, plus ad mansuetudinem felicitas indesinenter inducat. Nunquam enim pietas in aliquo, nisi cum possit sevire, perpenditur, nunquam dulcedo mansuetudinis, nisi cum possit rigide agere, innotescit. Dat ergo potencia occasionem clemencie, dat etiam causam pietatis, hanc igitur occasionem, hanc causam, cum a te exhiberi possint, exigimus et pro pace inter karissimum in Christo filium nostrum, Johannem, regem Francorum illustrem, quem ad carcerem tuum bellicus eventus adduxit, et te, auctore Domino, reformanda, nobilitatem tuam confidenter adimus, illam quanta affecione possumus rogantes ac per viscera misericordie divine obsecrantes quatinus reddens gratitudinis vicem domino Deo tuo pro hiis que ipse tribuit tibi ad pacem et concordiam habiles animum, cor prepares, disponas et mentem. Nosce nempe quod ille, rex pacificus, per quem vivis et regnas, pacem te diligere precipit ut concordium cordium resurgat incolatus. Et ne longis sermonibus diffusius extendamus epistolam, precibus nostris adicimus ut que venerabilis frater noster, episcopus Albanensis, et dilectus filius noster, N., tituli sancti Vitalis presbiter cardinalis, apostolice sedis nuncii, vel alter eorum, tibi super hoc pro parte nostra per se vel alios retulerint aut litteris indicarint credas indubie, illaque speratis operum fructibus pia velis prosecuzione complere. Data Avinione, v<sup>o</sup> nonas Octobris, pontificatus nostri anno iiiit<sup>o</sup>.

*Oct. 19.—Third letter of the pope to the prince requesting him to consider favourably the terms of peace which his legate will suggest.*

Innocencius, etc., Edwardo, principi Wallie, salutem, etc. Illa, fili, consuetudo regnancium, ille mos principancium semper

fuit, sicut antiquorum scripta fidelia protestantur et usque ad hec tempora observantur, et quanto successibus habundarunt felicibus amplius tanto prompeiores ad pacem tantoque fuerunt ad concordiam prioniores, hanc eciam fortissimus bestiarum et qui inter eas regio nomine fingitur benignitatem leo sequitur, hanc apum princeps mansuetudinem imitatur. Ille siquidem provocatus quantumlibet prostratis novit ignoscere, hic inter apes aculeo solus caret. Te igitur, quem inter ceteros mundi principes in etatis tue recencia victoriarum Dominus clarum fecit gloria triumphorum, ad ea que pacis sunt et concordie eo prompциorem invenire sperantes quo tuorum felicitatem successuum ab eo recognoscis humiliter et ei solum reputas reverenter a quo omnem fortitudinem esse constat, nobilitatem tuam, quo frequencius eo instancius, deprecamur, tibi tue salutis intuitu paternis affectibus suadentes, quatinus ad pacem et concordiam cum carissimo in Christo filio nostro, Johanne, rege Francorum illustre, reformandam habilitans animum, cor preparans, disponens et mentem ad ea que venerabilis frater noster Talarandus, episcopus Albanensis, apostolice sedis nuncius, tibi super hiis pro parte nostra retulerit, credas indubie illaque ad effectum sperate et votive confirmationis addueas. Datum Avinione, xiii<sup>o</sup> kal. Novembris, pontificatus nostri anno quarto.

*April 28.—The bishop in reply to a request of the papal legate informs him that the records have been searched and the following churches, abbeys, and priories in his diocese found to be exempt from visitation by the ordinary.*

Reverendo patri, domino Dei gracia episcopo Herefordensi, Hugo Pelegrini, thesaurarius Lichfeldensis, sedis apostolice in Anglia nuncius, vitam prosperam et felicem. Cum ex certis causis cameram domini nostri pape concernentibus certiorari volumus de quibuscumque ecclesiis, monasteriis, aliisque locis ecclesiasticis, neconon capitulis, collegiis, conventibus secularibus et regularibus, exemptis, Romane ecclesie immediate subjectis, et eciam de illis qui ex privilegio vel consuetudine quoad visitacionem non subsunt ordinarie jurisdiccioni, auctoritate apostolica et expresso mandato domini nostri pape nobis facto vos requirimus et monemus et vobis cum ea qua decet reverencia injungimus quatinus, diligenter scrutatis registris vestris, clare et distinete de omnibus ecclesiis, monasteriis, etc., exemptis, Romane ecclesie immediate subjectis, et

A.D. 1357.

de illis qui ex privilegio seu consuetudine visitacioni ordinarii non subsunt, cuiuscumque ordinis fuerint, in vestra diocesi existentibus nos infra mensem a tempore presentacionis huius mandati vobis facti et de die presentacionis ejusdem certificare curetis per litteras vestras patentes harum seriem continentes. Datum Londoniis, sub sigillo officii nostri xxviii<sup>o</sup> die Aprilis, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>lvii<sup>mo</sup>.

Huius auctoritate mandati, scrutatis registris nostris, vos de ecclesiis et locis exemptis quorum nomina in cedula presentibus annexa continentur per has nostras litteras certificamus nostro sigillo communitas. Datum, etc. Nomina abbatum et priorum :

Abbas et conventus de Flaxeleye	}	ordinis Cisterciencis.
Abbas et conventus de Dora		
Prioratus de Clifford	}	ordinis Cluniacensis.
Prioratus de Wenlock		
Prior de Preone	}	ordinis Grandymontensis.
Prior de Alburbury,		
Conventus quattuor ordinum mendicantium.		

Nov. 24.—*The bishop having, in his visitation of the deanery of Leominster, become aware that the vicar of the church of Eardisland, appropriated to the abbey of Lyre, is insufficiently endowed, and that owing to the confined position of his dwelling-house he has no place in which to walk or to grow leeks and other herbs, assigns to him and his successors a piece of land from the rectorial glebe.*

Fol. 128b.

Universis, etc., Johannes, etc., salutem. Cum nuper decanatum Leominstrensem, nostre diocesis, et in eo ecclesiam parochialem de Ereslone quam religiosi viri, abbas et conventus de Lira, Ebroicensis diocesis, sibi teneant appropriatam, auctoritate rescripti apostolici nobis in ea parte directi juxta formam ejusdem visitari fecerimus, compertumque fuerit legitime in visitacione predicta quod locus pro manso perpetue vicarie in dicta ecclesia per ipsos religiosos primitus assignatus tanta strictitudine et brevitate coartatur quod vicarii in ipsa ecclesia qui pro tempore fuerint spaciandi locum aliquem aut eciā pro porris, oleribus, et herbis aliis pro pulmento vel ceteris domus necessariis non habeant, cum tamen dicta ecclesie solum ad rectoriam ipsius pertinens amplum satis ibidem habeatur et pateat oiosum, nos considerantes quod de dicta ecclesie locis et terris ac proventibus sit vicarie locus et porcio sufficiens et competens ordinandus, nec justum esse nec

equum beatum reputari ut in eadem ecclesia porcionati unus esuriat vel egat et alter superhabundancia vel superfluo pociatur, presertim cum secundum apostolicum qui ecclesie et altari deservit de eis honeste vivere beatum et sibi necessaria exigere et habere, volentes, ut tenemur, hujusmodi emendare defectum et inequalitatem, absurditatem et errorem predictos ad bonum et equum reducere, locum quemdam de rectoria dictae ecclesie retro grangeam ipsorum religiosorum, prout sepibus et clausura continetur et prout per dictam grangeam in australi parte et per quamdam aream ipsorum religiosorum ex parte occidentali, et per quamdam semitam in boreali et per viam aliam in parte orientali includitur, perpetuo vicario dictae ecclesie qui nunc est et qui curam ejus gerit et supportat et ejus successoribus in dicta vicaria in futurum, pro loco curtalagii eorundem quo omnes ipsius ecclesie vicarii hucusque caruerunt, vocatis ad hoc legitime religiosis predictis, ceterisque necessariis et de jure requisitis exhibitis et observatis, Christi nomine invocato, assignamus, ordinamus, et eciam auctoritate apostolica et nostra episcopali concedimus per presentes. Inhibentes religiosis predictis et ceteris aliis quibuscumque ne nostram presentem assignacionem, ordinationem, et concessionem de loco predicto infringant, impediант, vel perturbent sub pena excommunicacionis majoris quam in omnes et singulos contra hoc venientes seu facientes ex nunc prout tunc, canonica monitione premissa, proferimus in hiis scriptis et ipsis et eorum quemlibet incurrire volumus ipso facto. In cuius rei, etc. Datum apud Colewell, xxiiii<sup>o</sup> die mensis Novembris, anno Domini CCC<sup>o</sup>lvii<sup>mo</sup>, etc.

*Nov. 3.—Licence granted to the prior of Ewias to farm his appropriated church of Foy for three years.*

Die iii<sup>o</sup> mensis Novembris, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>lviii<sup>o</sup>, dominus dedit licenciam priori de Ewyas, Menevensis diocesis, quod posset per triennium tradere ad firmam ecclesiam de Foye, sue Herefordensis diocesis, quam dictus prior optimuit in proprios usus. Proviso, etc.

*Dec. 24.—Confirmation by the bishop of the election of Richard de Brompton to be abbot of Wigmore in the place of John de Steperton, deceased.*

Memorandum quod xxiiii<sup>o</sup> die mensis Decembris, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>lix<sup>o</sup>, eleccio facta de fratre Ricardo de Bromptone in

A.D. 1359. abbatem monasterii sancti Jacobi de Wyggemore, vacantis per mortem domini Johannis de Stepeltone, ultimi abbatis ejusdem, in capella castri de Castro Episcopi extitit confirmata, concurrentibus omnibus que de jure requirebantur, et die xxvº dicti mensis, videlicet in festo natalis Domini, munus optinuit benedictionis. Et scriptum fuit eidem domino Ricardo super prefeccione sua, et priori et conventui monasterii predicti ad obedienciam eidem domino Ricardo tanquam abbatи et pastori suo, ac magistro Philippo de Ulyngwyk, rectori ecclesie de Ulyngwyk, ad inducendum in corporalem possessionem dicti monasterii cum omnibus suis juribus et pertinenciis universis dictum dominum Ricardum et ipsum installandum, ut est moris, prout superius continetur in prefeccione domini Johannis de Stepeltone, nuper ejusdem monasterii abbatis

## QUATERNUS DE BREVIBUS REGIIS ET EXECUCIONIBUS EORUNDEM.

1344. Jan. 6.—*The bishop commissions the abbot and convent of Wigmore to collect from the diocese of Hereford the tenth granted by the clergy to the king for three years.*

Fol. 130a. Johannes, etc., dilectis filiis, religiosis viris, abbatи et conventui de Wyggemore, salutem, etc. Breve recepimus domini regis in hec verba:—Edwardus, etc., episcopo Herefordensi salutem. Cum vos et ceteri prelati ac clerici Cantuariensis provincie nobis, in subsidium quorumdam arduorum negotiorum nos ac defensionem et salvacionem regni nostri diversive contingencium, in congregacione prelatorum et cleri provincie predicte in ecclesia sancti Pauli, Londoniis, die lune in crastino sancte Trinitatis proxime preterito habita, decimam de vestris et ipsorum bonis et beneficiis ecclesiasticis per triennium benevole concesseritis, solvendam quolibet anno dicti triennii, unam videlicet medietatem in festo purificacionis beate Marie, virginis, et aliam medietatem in festo sancti Barnabe, apostoli, nos volentes de dicta decima triennali responderi juxta concessionem supradictam, vobis mandamus firmiter injungentes quod aliquos viros fidelidignos de quibus confiditis ad denarios de dicta decima triennali provenientes ad opus nostrum in diocesi vestra Herefordensi levandos et colligendos absque dilacione aliqua assignetis, ita quod iidem sic assignati denarios inde provenientes ad terminos predictos quolibet anno triennii predicti ad scaccarium nostrum nobis solvant. Et hoc, sicut nos et honorem nostrum ac expedicionem negotiorum predicatorum diligitis, modis omnibus faciatis, et de nominibus

illorum quos ad dictam decimam in diocesi vestra, ut predictum est, colligendam et levandam duxeritis deputandos thesaurarium et barones nostros de scaccario predicto reddatis sub sigillo vestro cum celeritate qua poteritis certiores. Teste meipso apud Hoxne xviii<sup>o</sup> die Decembris, anno regni nostri Anglie xviii<sup>o</sup> regni vero nostri Francie quinto. De vestris igitur fidelitate et industria plenam in Domino fiduciam reponentes ad collendum et levandum, ut premittitur, denarios de dicta decima triennali provenientes a quibuscumque personis ecclesiasticis nostre diocesis juxta dicti brevis tenorem vos specialiter assignamus, vobis districcius injungentes quatinus dictum breve, quatenus ad vos attinet, cum omni diligencia exequi et denarios de dicta decima provenientes et quolibet anno dicti triennii collectos per vos et levatos una cum poreione vos contingente ad dictum scaccarium juxta formam et exigenciam brevis predicti efficaciter solvere studeatis, ad quod faciendum vobis committimus vices nostras, etc. Qualiter autem hujusmodi mandatum nostrum fueritis executi nos quilibet dicti triennii infra xv [dies] post lapsum quorumlibet terminorum predictorum vestris litteris patentibus harum seriem continentibus reddatis debite certiores. Datum apud Farnham, vi<sup>o</sup> die Januarii, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>xliii<sup>to</sup>.

*Jan. 25.—Notice to the exchequer of the appointment of the abbot and convent of Wigmore to collect the tenth.*

Venerabilibus viris, dominis thesaurario et baronibus de scaccario domini regis, Johannes, etc., salutem in amplexibus Salvatoris. Breve domini regis recepimus in hec verba:—Edwardus, etc., ut supra. Nos igitur religiosos viros, filios in Christo dilectos, abbatem et conventum de Wyggemore ad levandum et collendum denarios de dicta decima triennali a quibuscumque personis ecclesiasticis diete nostre diocesis provenientes assignandos duximus et eciam deputandos, eisdem districcius injungentes quatinus dictum breve juxta ipsius formam et effectum, quatenus ad eos attinet, cum omni diligencia fideliter exequantur. Datum apud Farnham, xxv<sup>o</sup> die Januarii, anno Domini supradicto.

**A.D. 1344.** July 20.—*Writ to the bishop to levy from the property of Thomas de Clonne, parson of Hopesay, already sequestered by Thomas, late bishop of Hereford, and from the remainder of his ecclesiastical goods and benefices £36 19s. 11 $\frac{3}{4}$ d., the balance of a debt of £39 19s. 11 $\frac{3}{4}$ d. due to the king for arrears from the custody of Chirk castle. The bishop's return states that he has forwarded 40s. to the exchequer and has sequestered property worth 20s., for which as yet he can find no purchaser.*

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi, salutem. Mandamus vobis quod tam de illis bonis ecclesiasticis Thome de Clonne, persone ecclesie de Hopeseye, ad valenciam xl solidorum quos Thomas, nuper episcopus loci predicti, predecessor vester, sequestravit in manum nostram, prout retornavit ad scaccarium nostrum in octabis sancti Michaelis proxime preteritis, quam de aliis bonis et beneficiis ecclesiasticis predicti Thome de Clonne, in diocesi vestra, levavi faciatis xxxvi l. xix s. xi d. ob. q. de quodam debito xxxix l. xix s. xi d. ob. q. quos dictus Thomas de Clonne nobis debet de arreragiis custodie castri et terre de Chirk per manuacpcionem Johannis de Bradeford et Johannis de Worthyn: ita quod predictos xxxvii l. xix s. xi d. ob. q. habeatis ad dictum scaccarium nostrum apud Westmonasterium in octabis sancti Michaelis nobis per aliquem de vestris solvendos. Et sciatis quod multum admiramur de eo quod breve nostrum alias vobis inde directum execucioni demandare noluitis nec illud ad dictum scaccarium nostrum ad quindenam sancti Johannis Baptiste proxime preteritam retornare curastis, sicut vobis demandatum fuit. Et remittatis ibi tunc breve. Teste W. de Stowe apud Westmonasterium, xx<sup>o</sup> die Julii, anno regni nostri Anglie xviii<sup>o</sup>, etc.

Fol. 130b.

Quadraginta solidos quos de bonis ecclesiasticis Thome de Clonne, clerici infrascripti, levavi fecimus vobis mittimus per presencium portitorem. De bonis ecclesiasticis dicti Thome ad valenciam xx s. sequestrari fecimus ad que nondum invenimus emptores.

*Jan. 8.—A similar writ to levy £33 19s. 11 $\frac{3}{4}$ d. from Thomas Clonne's ecclesiastical goods, with the bishop's return, that he sends 20s. to the exchequer, and has sequestered property to the value of 20s. more, but cannot sell it.*

*Feb. 15.—Writ to the bishop to raise £9 6s. 8d. from the ecclesiastical property of Bartholomew Tyrel, being the amount he owes the king. He replies that Bartholomew has no effects within his diocese.*

Rex, etc., episcopo Herefordensi salutem. Mandamus vobis, sicut pluries, quod de bonis et beneficiis ecclesiasticis Bartholomei Tyrel, clerici, in diocesi vestra levari faciatis ix l. vi s. viii d. quos nobis [debet] de denariis versus eum recuperatis; ita quod denarios illos habeatis ad scaccarium nostrum in crastino clausi Pasche nobis per aliquem de vestris ibidem solvendos. Et sciatis quod multum admiramur de eo quod diversa brevia pluries inde directa execucioni demandare noluistis nec illa ad dictum scaccarium nostrum ad plures dies preteritos et ultimo in crastino sancti Hillarii proxime preterito retornare curastis, sicut vobis mandatum fuit. Et remittatis ibi tunc hoc breve. Teste W. de Shareshull, apud Westmonasterium, xv<sup>o</sup> die Februarii, anno regni nostri Anglie xix<sup>o</sup>, etc.

Vobis significamus quod Bartholomeus Tyrel, clericus infra-scriptus, nulla bona seu beneficia ecclesiastica in nostra diocesi optinet in presenti et ideo denarios in dicto brevi designatos de bonis et beneficiis hujusmodi levare non possumus ut mandatur.

*June 15.—Return made by the bishop to a further writ to levy £31 19s. 11d. from the goods of Thomas de Clonne, that he sends 20s., and has sequestrated, but cannot sell, property worth 20s. more.*

*Oct. 12.—The bishop replies to the king's interrogatories as to the chapel of Badger, that it is free, that the prior and convent of Wenlock, on the nomination of the lords of Badger, have presented the former incumbents, and that John, son of John, lord of Bekkbury, was the last.*

Rex, etc., episcopo Herefordensi, salutem. Volentes quibusdam de causis certiorari quis incumbit possessioni libere capelle de Baggesoure, vestre diocesis, et ad cuius presentacionem admissus fuit et institutus in eadem, quis fuit ultimus predecessor dicti incumbentis, et ad eius presentacionem admissus et institutus fuit in eadem, et si dicta capella sit cum cura vel sine cura, vobis mandamus quatinus, scrutatis registro vestro et registris predecessorum vestrorum, de eo quod inde inveneritis nos in cancellaria nostra sub sigillo vestro distincte et aperte reddatis certiores hoc breve nobis remittentes, vel causam nobis significetis quare mandato nostro vobis alias inde directo minime paruistis. Teste meipso apud Westmonasterium, xxii<sup>o</sup> die Octobris, anno regni nostri Anglie xix<sup>o</sup>, etc.

A.D. 1845.

Nostris ac predecessorum nostrorum registris scrutatis, quidquid in eisdem de brevi infrascripto invenire potuimus in cedula in presentibus inclusa continetur. Per inquisitionem vero super premissis ex officio nostro captam comperimus quod dicta capella est libera et sine cura animarum, an tamen sit cum cura vel sine cura nichil in dictis registris continetur. In registro bone memorie domini Ricardi, quondam Herefordensis episcopi, predecessoris nostri, reperitur subscriptum:—Memorandum quod apud Sugwas, v<sup>o</sup> kal. Februarii, anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup> nonagesimo domini prior et conventus de Wenlok Philippum de Baggesoure, clericum, ad ecclesiam de Baggesoure vacantem per suam patentem litteram presentarunt, quam litteram Philippus, pater predicti presentati, exhibuit domino eidem supplicans ut filio suo graciam impenderet in premissis, cui dominus respondit quod ipsem dominus illam ecclesiam alicui bono presbitero commendaret donec aliud in hac parte duxerit ordinandum, quod idem Philippus ad quem spectat presentare personam ydoneam priori et conventui de Wenlok, ut ipsi eandem personam episcopo representent, cum ecclesia supradicta fuerit destituta rectore, libenter concessit. Item memorandum quod xiii<sup>o</sup> kal. Julii, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>viii<sup>o</sup>, apud Bosebury admisit dominus Martinum de Wynstanastowe, presbiterum, ad capellam de Baggesoure vacantem ad presentacionem religiosi viri, prioris de Wenlock, veri patroni ejusdem, et ipsum Martinum instituit in eadem et tunc mandavit dominus Johanni, presbitero parochiali de Bekkebury, ut ipsum induceret in corporalem possessionem, ut est moris. Item memorandum quod vi<sup>o</sup> kal. Februarii, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>xv<sup>o</sup>, apud Bosebury admisit dominus Philippum de Strethay, clericum, ad capellam de Baggesoure vacantem ad presentacionem prioris ac conventus de Wenlock quibus ipse per Anabillam, dominam de Baggesoure predicta, veram patronam ejusdem, ad ipsam capellam extitit presentatus, et ipsum instituit in eadem et dedit eidem suas patentes litteras super institutione hujusmodi consuetas, et eciam per litteras consuetas mandavit presbitero parochiali capelle predicte pro inducione ipsius.

In registro nostro continetur quod Johannes de Bekkebury, clericus Herefordensis diocesis, incumbit possessioni capelle de Baggesore, ad presentacionem venerabilium virorum prioris et conventus de Wenlok, mediante nominacione Philippi, domini de Baggesore, admissus et institutus in eadem. Tenor vero dictae presentacionis talis est:—Venerabili, etc., Johanni, electo et con-

5. firmato Herefordensi, ejusve vicario in spiritualibus cuicunque seu eius commissario in hac parte spirituali, sui humiles et devoti filii, prior et conventus sancte Milburge de Wenlok, ordinis Cluniacensis, salutem, etc. Ad capellam de Baggesoure vacantem, curam animarum minime habentem, ab ecclesia nostra sancte Trinitatis de Wenlok curata nobis et monasterio nostro canonice appropriata dependentem, et ad presentacionem nostram, mediante presentacione Philippi, domini de Baggesoure, nobis ut moris est facta, spectantem, vestre reverende paternitati vobisque in remotis agentibus vicario in spiritualibus generali vestroque commissario in hac parte spirituali cuicunque dilectum nobis in Christo Johannem, filium Johannis domini de Bockebury, clericum, presentavimus intuitu caritatis per presentes, humiliter et devote rogantes quatinus dictum Johannem ad dictam capellam de Baggesoure caritative admittere dignemini, et ipsum canonice instituere in eadem et alia que vestro et vestrum cuiilibet incumbunt officio in hac parte adimplere, salva pensione nobis et ecclesie nostre predicte ex antiquo in eadem debita et consueta. In cuius rei, etc. Datum in capitulo nostro de Wenlok, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>xl<sup>iiii</sup><sup>o</sup>. Tenor vero inquisicionis super huiusmodi presentacione capte talis est:—Ista inquisicio capta super vacacione capelle de Baggesore in ecclesia parochiali de Wenlok, xxviii<sup>o</sup> die mensis Julii, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>xl<sup>iiii</sup><sup>to</sup>, per rectores, vicarios, ac procuratores in sufficienti numero certioravit quod dicta capella vacat per mortem domini Philippi de Strethay, ultimi rectoris ejusdem, et incepit vacare xxii<sup>o</sup> die Junii anni instantis, et dicit quod Philippus, dominus de Baggesore, mediante presentacione dominorum prioris et conventus de Wenlok, est verus patronus ejusdem et ista vice jus habet presentandi ad eandem, et dicit quod Anabilla, mater dicti Philippi, domini de Baggesore, ultimo presentavit ad eandem; non est litigiosa nec porcionaria, immo pensionaria in iii s. iiiii d. ecclesie sancte Trinitatis de Wenlok, non curata set cura animarum ejusdem capelle remanet penes vicarium ecclesie sancte Trinitatis de Wenlok; de meritis, etate, et ordinibus presentati dicit quod est liber et legitimus, bone vite et conversacionis honeste et ordinatus in prima tonsura, et est etatis xxv annorum et amplius.

A.D. 1345.

*Nov. 26.—Summons of the bishop to Parliament to discuss the king's proposed expedition to France.*

Fol. 131b.

Rex, etc., episcopo Herefordensi, salutem. Quia pro expeditione guerre nostre France ad partes transmarinas in principio mensis Marcii proximo futuri proponimus, disposicione divina, transfretare, propter quod vobiscum et cum aliis prelatis et magnatibus regni nostri Anglie super passagio predicto et aliis negotiis nos et statum ejusdem regni tangentibus colloquium habere volumus et tractatum, vobis in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter injungendo mandamus quatinus, omnibus aliis pretermisssis et quacumque excusacione cessante, sitis apud Westmonasterium in crastino purificacionis beate Marie, virginis, proxime futuro nobiscum et cum ceteris prelatis et magnatibus predictis super premissis tractaturi vestrumpque consilium impensuri. Et hoc sicut nos et honorem nostrum et expedicionem predictam diligitis nullatenus omittatis. Teste meipso apud Rokyngham, xxvi<sup>o</sup> die Novembris, anno regni nostri Anglie xix, etc.

*Nov. 23.—Writ to the bishop to levy £9 6s. 8d. from the ecclesiastical property of Bartholomew Tyrel at his rectory of Bishopstone or elsewhere. He replies as before that Bartholomew has no ecclesiastical property in his diocese.*

*Oct. 20.—Writ to the bishop to levy £30 19s. 11 $\frac{3}{4}$ d. from the goods of Thomas de Clonne, parson of Hopesay. The bishop replies as before that he has sent 20s. and has levied 20s. more.*

1346.

*Feb. 12.—Mandate to the bishop to cite all aliens holding benefices in the diocese before the king and his council in London. He replies that he has cited the only aliens still in possession of their benefices, William, vicar of Dixton, and William, vicar of Dymock.*

Fol. 132a.

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi, salutem. Quia quibusdam certis de causis volumus cum alienigenis in regno nostro Anglie beneficiatis et in eodem regno existentibus ac cum procuratoribus, firmariis, et ballivis omnium et singulorum alienigenarum sic in eodem regno beneficiatorum, extra idem regnum degencium, quorum alienigenarum beneficia adhuc in manu nostra capta non existunt super quibusdam salvacionem et defensionem dicti regni nostri concernentibus colloquium habere et tractatum, vobis mandamus firmiter injungentes quod premuniatis omnes et singulos

hujusmodi alienigenas infra diocesim vestram beneficiatos et ibidem residentes vel conversantes ac omnes et singulos procuratores, firmarios, et ballivos hujusmodi alienigenarum, etc., quod quilibet eorum sub forisfactura omni que nobis forisfacere poterit, quamcumque excusacione cessante, sit in propria persona sua coram nobis et consilio nostro apud Londonias die Lune in prima septimana quadragesime proxime future ad loquendum et tractandum, etc., et ad informandum nos et idem consilium super hiis que eis ex parte nostra ibidem exponentur. Et nos de nominibus illorum quos sic premuniri feceritis in cancellaria nostra ad diem predictum sub sigillo vestro distinete et aperte certificetis et hoc breve ibi tunc habeatis. Et hoc sicut, etc. Teste meipso apud Westmonasterium, xii<sup>o</sup> die Februarii, anno regni nostri Anglie xx<sup>o</sup>, etc.

Istud breve juxta ipsius exigenciam executi fuimus et non invenimus aliquos alienigenas beneficiatos in diocesi nostra preter illos quorum beneficia capta sunt in manu domini nostri regis, exceptis duobus, dominis Willelmo, perpetuo vicario de Dukestone, et Willelmo, perpetuo vicario de Dymmok, quos premuniri fecimus ut in termino in brevi contento compareant Londoniis juxta formam dicti brevis, quorum dictus dominus Willelmus, vicarius de Dukestone, per adversam valetudinem corporis se excusat.

*Jan. 31st, 1345, and May 20th, 1346.—Writs to the bishop to levy £29 19s. 11 $\frac{3}{4}$ d. and £28 19s. 11 $\frac{3}{4}$ d. from the goods of Thomas de Clonne.*

*Jan. 28.—Writ to the bishop to secure the appearance of Walter de Bokenhull, vicar of Bishopscastle, before the king's justices at Westminster, to reply to the plaint of the executors of Thomas, late bishop of Hereford, that he unjustly detains a bond. The bishop replies that he has cited the said Walter in due form.*

Rex, etc., episcopo Herefordensi, salutem. Mandamus vobis quod venire faciatis coram justiciariis nostris apud Westmonasterium a die Pasche in xv dies Walterum de Bokenhulle, vicarium ecclesie de Bisschoppescastel, clericum vestrum, ad respondendum magistro Willelmo de Sheyntone, Ricardo de Sydenhale, Henrico de Shiptone, et Alano Venynse, executoribus testamenti Thome, nuper episcopi Herefordensis, de placito quod reddat eis quoddam scriptum obbligatorum quod eis injuste detinet, ut dicunt, et unde vicecomes noster Salopsire mandavit justicariis nostris apud Westmonasterium in octabis sancti Hyllarii quod predictus Walterus,

A.D. 1346.

clericus est, et non habet laicum feodum in balliva sua ubi potest summoneri. Et habeatis ibi hoc breve. Teste J. de Stonhore apud Westmonasterium, xxviii<sup>o</sup> die Januarii, anno regni nostri Anglie vicesimo, etc.

Johannes, etc., dilecto filio, magistro W., etc. Breve domini regis recepimus in hec verba:—Edwardus, etc. Quocirca vobis committimus et mandamus quatinus citetis seu citari faciatis dictum Walterum quod compareat coram justiciariis domini regis apud Westmonasterium a die Pasche in xv<sup>o</sup> dies ad respondendum executoribus supradictis ulteriusque facturus et recepturus quod tenor dicti brevis exigit et requirit. Et quid feceritis, etc. Datum apud Whytebourne, xiii<sup>o</sup> die Marcii.

Walterum de Bokenhulle, vicarium infrascriptum monuimus et citavimus quod compareat coram vobis, die et loco in hoc breve contentis, ad faciendum quid idem brevis exigit et requirit.

*Feb. 13.—Letters under the great seal requesting the bishop to lend the king 300 marks for his French expedition, as the supplies granted by Parliament have not yet been paid.*

Edward, par la grace de Dieu, etc., al honourable piere en Dieu, Johan par meisme la grace evesque de Hereford, salutz. Come par deliberacion et avis des grauntz de notre roialme et sages de notre conseil eons pris certain propos de passer proscheinement la mere si efforceament come nous purrons pur necessair defens de notre roialme et pur arrester la malice de notre adversair de France qui safforce tant come il poet de nous subduire et de donner damage et destrucion a notre dit roialme et de ouster la langue dengleterre, sil poet que Dieu defend, pur queu passage et defens faire il nous covient faire mises et coustages molt excessives, et covient que graundes eides nous soient grauntez si bien par le clerge come par la commune de notre roialme, pur cele cause nient-meins les termes des paiementz de grande partie de meismes les eides ne sount mie uncore venuz, paront il nous covient en le mesme tempes estre eidez d'autre part par voie daprest et chevance pur si graunt fees sustenir, nous considerauntz que vous et toutz autres noz subgitz estres tenuz chescun solent soen poair deider a si forte busoigne que touche commune profit et lestat et salvation de tout notre roialme, vous prions cherment que sanz nulle excusacion ou feintise monstrer a ceste foitz vous nous voilliez aprester trois centz mars pur la cause susdite et meintenant envoier

les deniers a Loundres pour y liverer a notre tresorer et sur la livere de meismes les deniers nous vous ent ferrons avoir tiele seurte de votre paiement que vous doit suffir et si vous ent serrons a toutz jours le plus tenutz et le plus gracieuses es choses que vous averetz affaire par devers nous en temps avenir. Et de ceo que vous ent voletz faire, nous facetz distinctement certifier par le portour de cestes et par votz lettres. Done souz notre grand seal a Westminstre le xiii jour de Fevrier, lan de notre regne dengleterre vintisme et de France septisme.

*Feb. 13.—The same request conveyed by Henry de Haydock, clerk.*

Edward, par la grace de Dieu, etc., al honourable piere en Dieu, evesque de Hereford, etc. Nous vous prions si chargealment come nous plus pooms que la requeste quele nous vous fesoms par nos lettres souz notre grant seal en droit de nous eider dune certeyne summe de deniers par voie daprest pur lesplott de noz grosses busoignes touchantes la deffense de notre roialme facez bonement et sanz nulle excusacioun ou delay a complir, eauntz regard a la grande necessite que se montre en present, aioustant foi et credence a notre cher et biename clerk, Henri de Haydock, que nous envoions par devers vous par telle cause, et nous certifiez par meisme notre clerk de ceo que vous ent voillietz faire a notre requeste susdite. Done souz notre prive seal a Westminstre, le xii<sup>me</sup> jour de Fevrier le lan de notre regne dengleterre vintisme et de France septisme.

*The bishop replies that he would gladly lend the money required, but is totally unable to find so large a sum at a short notice.*

A tresexcellent et trespuissant prince et soen tresame seignur, sire Edward, par la grace de Dieu Roy dengleterre et de France, le soen devout chapelein Johan, par le soefrance de Dieu evesque de Hereford, oue humble recommandacioun quantquil seet et poet dovurs et reverences et prestez services. Tres redoupte seignur ieo ai receu voz honourables lettres envoietz par mon cher amy et sage homme, sire Henri Haydok, portour de cestes, fesantes menciooun dune certeyne summe de deniers quele vous desyretz avoir par voie daprest pour lesplot de voz grosses busoignes touchantes la deffense de votre roialme. Tresame seignur deignez savoir que ieo suis en tresbone volente daccomplir voz

A.D. 1346.

desirs et commaundementz par totes les voies et mavieres que ieo saverai si avaunt come mon petit poair se pourra attendre si come ieo suis bien tenuz, plus especialment que nul autre, pur diverses graces et bienfaitz que vous mavietz souvent fait sanz ma deserte, de quoi ieo prie Dieu tut puissant vous rende. Et prie et requer votre autesse si devoutement de coer come ieo sais et pus quele me tiegne bonement pour excusee de ceo que ieo ne envoi mie deniers prestement par sire Henri avaundit, quar Dieu me soit testmoigne que ieo ne les ai mie quant al present de qai ieo le puisse faire ne ne sai ou faire chevance si hastiemant, Mes verrament trescher seignur a ceo faire mettrai sanz feintise loialle peyne et diligence, et certefierai votre gracieuse seignurie a ceste proscheyne quinzeme de Pasche ou plus tost de ceo que ieo ent pourrai faire. Tresredoute seignur le saint esprit vous donne bone vie et longe et cresce voz honurs et vous envoit grace de faire toutz jours sa volentee.

*Feb. 28.—The king requests the bishop to enjoin masses, sermons, and processions throughout the diocese for the success of the war which the breaking of truce by Philip of Valois compels him to renew.<sup>1</sup>*

*In compliance with the king's request the bishop enjoins the dean and chapter to make a solemn procession twice a week in the cathedral, and to commend the king and the great sufferings of his realm to the divine mercy.*

Fol. 133b.

Johannes, etc., decano et capitulo nostre cathedralis ecclesie Herefordensis salutem. Breve domini nostri regis recepimus tenorem continens infrascriptum:—Edwardus, etc., ut supra. Quia secundum apostolum non est volentis neque currentis set miserentis Dei nec sunt in homine vie ejus, in humanis actibus per devote oracionis officium divinum precipue debet invocari auxilium, in quibus homo se suaque certo committit discrimini et incerto fini et optatam profecionem sub eventu dubio a sola Dei misericordia prestolatur. Pre ceteris nempe mortalium exerciciis per que vel sue curiositatি satisfacere vel indemnitati seu decencie conatur humana sollicitudo sine intermissione providere, carnalium bellorum pressuras hiis anxietatibus implicari racio docet et experientia manifestat, utpote in quibus mors, cuius secundum sapientem amara memoria est et que terribilium ultimum esse

1—Printed in Rymer, *Fœdera* III. i. 70.

dinoscitur, sui timoris penam vehemens inquit et, scriptura teste, multitudo exercitus victoriam non habet sed fortitudo celitus ministratur. Imminentibus ergo guerrarum dispendiis sive bellorum conflictibus, non est ponenda caro bracchium, non in armate juventutis labore confidendum, nec in arundineo baculo humane potencie, sed in sola spe debemus gracie celestis inniti, cuius baculus et virga, sublato timore malorum, ambulantes in umbra mortis medio consolantur. Ad quam facilius impetrandum et efficacius assequendam, attestacione veritatis et sanctorum exemplo formati, nichil credimus in hac vita supplici oracionis instancia prestancius suffragari, dignumque arbitrantes et congruum ut militibus nostris ad nostre rei publice defensionem constitutis ad propulsandas nobis injurias, ad corporum et bonorum nostrorum tuicionem, ad quietem nobis et pacem corporum et cordium procurandam, ut creatori nostro obsequium liberius impendamus, quia non nisi pacis in tempore profecte colitur pacis auctor, innumeris immensisque discriminibus terre marisque periculis animose se exponentibus, nos quorum arma oraciones esse censentur et lacrime reliquaque populus nobis commissus in ipsorum laboribus quiescentes, labiorum nostrorum vitulos pro eis Domino suppliciter immolantes, per arma justicie in presidium veniamus. Quod sane prudenter attendens et debita consideracione pertractans, serenissimus princeps, dominus noster Edwardus, etc., sicut ex premissi brevis sui continencia dilucide poterit apparere, qui pro jurium suorum recuperacione hostiliumque incursum repressione ad partes transmarinas manu armata intendit se, Domino concedente, transferre, se ac magnam partem forcium et potentium regni sui subjiciens inestimabilibus adversis casibus et ambiguis eventibus, sciensque fallacem esse curruum et equorum numerum ad salutem, non ponens spem in arcu quem intendentis et mittentes conversi sunt in die belli nec in magnitudine virtutis sue, sed causam suam ipsiusque prosecucionem et exitum ipsi committens in cuius manu corda sunt regum, qui est humilium consolator et fidelium fortitudo, prelatos nuper, cum quibus numerum dumtaxat fecimus, ob hoc apud Westmonasterium in sua presencia congregatos sincera affectione rogavit quatinus laudabile ipsius propositum et laboriosum progressum jugi memoria complectentes studerent ipsius expedicionem Altissimo devotis oracionum suffragiis commendare idque facerent a suis subditis congruis temporibus observari. Nos igitur, quantum ad nos attinet, cupientes

A.D. 1346.

piam ipsius domini regis intencionem execucioni debite demandare, ex preteritisque periculis metuentes graviora de futuro, ac vehementer formidantes ne peccatis nostris exigentibus quibus superaddere cotidie non cessamus, per quod secundum duriciam nostram et impenitens cor nostrum thesaurizainus nobis iram, continuis quibus vexamur tribulacionibus et angustiis flagella nobis divine iracundie cumulantibus, inducamus super nos manum Domini duriorem, ad placandum provocatum juste contra nos Dominum, ad declinandum divinæ uleionis judicium, et ad optinendum pro nobis et aliis in opportunitatibus sue proteccionis auxilium, hoc solum ad remedium superesse conspicimus ut in spiritu humilitatis et in animo contrito indulgencia in eius, deinceps peccata vitantes, fusis lacrimis postulemus. Quocirca devacionem vestram attente requirimus et rogamus ac hortamur in Domino quatinus juxta consilium sapientis ante oracionem preparet animam suam unusquisque ut peticionis sue salutarem consequatur effectum, firmiter eciam injungentes quatinus bis in ebdonoda, feria scilicet iv<sup>ta</sup> et vi<sup>ta</sup>, sollempnes processiones in nostra cathedrali ecclesia facientes, in ipsis processionibus vestris, divinorum celebracionibus, predicacionibus, et aliis suffragiis spiritualibus pro dicto domino rege ac sibi adherentibus, patrem misericordiarum et dominum totius consolacionis humiliiter imploretis quatinus populi penitencia et intercessione placatus ipsorum ac nostros actus in suo beneplacito dirigat, oculum sue misericordie ad nos convertat, et mala omnia que juste meremur clementer avertat, vosque, domine decane supradicte, in singulis ecclesiis vobis subjectis presens mandatum nostrum publicari ac premissa omnia observari cum diligencia debita faciatis.

*Similar mandates to the officials of the archdeacons of Hereford and Salop.*

Johannes, etc., discretis viris, filiisque in Christo dilectis, officialibus archidiaconorum nostrorum Herefordschire et Salopschire, etc. Breve domini nostri regis recepimus, etc., usque ibi, *fusis lacrimis postulemus.* Quocirca discrecioni vestre firmiter injungendo mandamus quatinus singulis abbatibus, prioribus, ac locorum regularium prelatis, quocumque nomine censeantur, neconon ecclesiarum rectoribus, vicariis, ac presbiteris parochialibus per archidiaconatum Salopschire [et] Herefordschire constitutis auctoritate nostra districte precipiatis quatinus bis in ebdomada, feria scilicet iii<sup>ta</sup> et vi<sup>ta</sup>, sollempnes processiones [etc], usque ibi, *divinum*

D. 1346. *brachium auxilii studeant humiliter invocare. Et, ut ipsius propiciacionem facilius impetrant et petitionum suarum efficacius salutarem consequantur effectum, dicti religiosorum prelati suos subjectos, et rectores, vicarii, et sacerdotes parochiales parochianos suos moneant et sanis exhortacionibus inducant, ut iminencia nobis pericula debitaque justi judicis flagella ante mentis oculos statuentes juxta sapientis consilium ante oracionem suas animas per contriti cordis sacrificium preparare et ad exaudicionis graciā dignos se reddere satagant quatinus populus, etc., ut supra.*

*Mar. 27.—The king requests the bishop to summon his clergy and persuade them to pay in advance the tenth granted him for three years. This would assist his necessities and improve his credit, impaired by much borrowing for his expedition.*

. 1346b. Edward, par la grace de Dieu roy dengleterre et de France et seignur dirland a honorable piere en Dieu, Johan, par mesme la grace evesque de Hereford, salutz. Pur ceo que nous avons par avis et commune assent des grantz et sages de notre conseil ordinez notre passage a certain jour, si bien pur la defense de seinte esglise et de notre roialme dengleterre come pur noz droitures recovrir, par quei il nous covient hastivement faire molt grandes chevances dargent pur le dit viage, ne mie sanz grant perte et damage de nous si nous neions socour dargent le plus tost, quele busoigne si chargeante monstree a lercevesque de Cantebirs et as aucuns autres prelatz ils considerauntz la grant necessite et lempeschemet que noz hautes busoignes purront prendre, que Dieu defende, si nous ne feusions aidez dargent en temps, ont bonnement octroiez tant come a eux attient, une anticipacion des termes del darrain an de la disme triennale a nous grantee par vous et autres prelatz de notre roialme en manere telle que le primer terme du dit darrain an serra a lassumption de notre dame proscheyn avenir et le second terme a la feste de touz seintz proschein siwant, sanz quele anticipacion nous ne purrons faire chevance sur mesme la disme a ore, par quoi en asseurance que nous avons du bon zeal que vous avez envers notre personne et seinte esglise et aussint au profit commune vous prions que cestes choses considerez vous les voillietz prendre a cuer tendrement et faire assembler le clergie de votre diocese a aucun jour brief et a meisme lanticipacion assentir de votre partie et autre mettre votre peine devers les autres de votre dite diocese quils y veuillent en

A.D. 1346

mesme la manere assentir, eiant regard a ce que nous trovons les grantz et gentz du commune de molt bone volente deider a ceste busoigne si que nous puissions partant sentir lentiere affeccion que vous avez de sauver lestat de seinte esglise et aussint envers nous et le commune profit. Et partant nous vous volons le plus especialment estre tenuz en temps avenir. Done souz notre prive seal a Westminstre le xxvii jour de Marz, lan de notre reigne dngleterre vintisme et de France septisme.

*Mar. 29.—A similar request from the archbishop.*

Frater carissime vobis et aliis supponimus esse notum quantis guerrarum incommodis dominus noster rex subjicitur hiis diebus quantisque injuriis undique laccessitur. Verum quia idem dominus rex pro pociori et tuciori regni sui Anglie cuius invasio per inimicos suos comminata communiter formidatur et ecclesie Anglicane defensione, ad obviandum melius hujusmodi inimicorum suorum insidiis et exocitatis maliciis, juraque sua virilius prosequendum, de consensu procerum et magnatum regni sui predicti suum festinum ad partes transmarinas transitum ordinavit, quem quidem transitum absque assistencia plurium armatorum ac gravium expensarum maxima effusione revera providit et perpendit indubitanter fieri non valere, instancius nos rogavit ut in subvencionem et relevacionem ipsius quoad onera tam gravia subeunda vos et ceteros confratres nostros ad proveniendum et anticipandum terminos ultimi anni decime triennalis sibi nuper a clero regni sui concessa alias assignatos, consideratis tantis suis necessitatibus et indigenciis eidem jam imminentibus, efficaciter inducere curaremus, ita quod decima ultimi anni prefati posset sibi satisfieri in festis assumptionis beate Marie et omnium sanctorum proxime jam futuris, precipue cum, concessa hujusmodi prevencione et anticipacione terminorum, faciliter reperientur credidores qui promptam ipsi domino regi credenciam facerent sub spe citerioris reacceptacionis pecunie sic credite per eosdem, nullatenus tamen hoc facturi sub expectacione facienda usque ad prefatos terminos primitus assignatos. Vos itaque rogamus affectuosius quo valemus quatinus, ponderatis periculis tam patentibus eidem domino nostro regi, et regno suo ac ecclesie Anglicane, nisi aliunde relevetur, verisimiliter obventris, clerum vestrarum civitatis et diocesis ad anticipacionem solutionis decime supradicte viis et modis licitis ac modestis velitis excitare et inducere cum effectu, ut sic eo cicius et lauda-

1346. bilius ipsius domini nostri regis propositum felici valeat effectui mancipari. Nos autem hujusmodi votum domini nostri regis per clerum nostrarum civitatis et diocesis, Deo propicio, firmiter amplecti credimus et impleri et nonnulli eciam fratrum nostrorum in presencia dicti domini regis ad subveniendum sibi congrue cum indiguerit suum consensum benevolum prebuerunt. Rescripturi nobis per harum bajulum quid super hiis duxeritis faciendum. Conservet vos Deus ad regimen ecclesie sue sancte. Datum apud Lamheth, sub nostro privato sigillo xxix<sup>o</sup> die presentis mensis Marcii. Per cancellarium.

*April 4.—The bishop, in obedience to the preceding letters, issues a mandate to the dean to assemble the clergy in the parish church of Bromyard to discuss the king's proposal.*

135r. Johannes, etc., decano ecclesie nostre cathedralis Herefordensis salutem. Litteras domini nostri regis recepimus, presentibus nobilibus viris domino seneschallo et camerario ejusdem, expedicionem celerem et optatam in ipsis litteris regiis contentorum affectuose commendantibus et ferventer, quibus litteris idem dominus rex nobis intimavit quod ipse ad partes transmarinas, etc. Quibus necessitatibus et periculis imminentibus consideratis, Johannes, Dei gratia archiepiscopus Cantuariensis, et nonnulli prelati provincie Cantuariensis, quantum ad ipsos attinet, unam anticipacionem terminorum ultimi anni decime triennalis, prefato nostro regi nuper a clero regni sui concesse, alias assignatorum benigne, ut intelleximus, concederunt, ita quod de decima ultimi anni predicti posset sibi satisfieri in festis Assumptionis beate Marie et omnium sanctorum proxime nunc futuris, unde prefatus dominus noster rex instancius nos rogavit quatinus clerum nostrarum civitatis et diocesis faceremus celeriter convocari ipsumque ad anticipacionem solucionis prefate decime dictis terminis, ut premittitur, faciendam modis licitis quibuscumque, consideratis tantis suis necessitatibus et indigenciis eidem jam iminentibus, excitare vellemus et inducere cum effectu, precipue cum, concessa hujusmodi anticipacione faciliter reperientur creditores, etc., quodque nos ipsi dictae anticipacioni seu prevencioni terminorum predictorum, quoad illam porcionem dictae decime triennalis que nos concernit, nostrum votivum adhibere vellemus consensum, et ipsum cicias quo possemus faceremus super premissis omnibus cerciorem. Dominus insuper archiepiscopus supradictus suis nobis insinuavit

A.D. 1346.

litteris quod votum dicti domini nostri regis in hac parte a clero suarum civitatis et diocesis, auxiliante domino, firmiter amplecti credidit et impleri, et ad hoc idem in nostris civitate et diocesi effectualiter faciendum nos suis litteris excitavit propensius et rogavit. Quocirca vobis committimus et mandamus firmiter injungentes quatinus citetis seu citari faciat peremptorie omnes et singulos tam religiosos quam seculares archidiaconatus Herefordensis qui ad solucionem dicte decime sunt astricti quod compareant coram nobis vel nostro commissario die Martis in ebdomada instantis festi Pasche, videlicet xviii<sup>a</sup> die presentis mensis Aprilis, in ecclesia parochiali de Bromyard, cum continuacione et prorogacione dierum et locorum tunc sequencium, per se vel procuratores ydoneos et super premissis ad plenum instructos cum sufficienti potestate et mandato tractandi et deliberandi super dicta domini nostri regis petitione et illis consciendi que per clerum tunc ibidem, favente Domino, ordinari contigerit vel concedi. Quid autem feceritis, etc. Datum apud Sugwas, iiiii<sup>to</sup> die Aprilis, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>xlvi<sup>o</sup>, etc.

*April 4.—To save the expense and trouble of personal attendance, the bishop requests the archdeacon to summon the secular clergy to appear at Bromyard by one proctor for each deanery, and the religious by one proctor for each house.*

Johannes, etc., archidiacono nostro Herefordensi. Licet nos nuper precum regiarum ac domini archiepiscopi Cantuariensis instanciis excitati vobis per alias nostras litteras dederimus in mandatis quod citaretis seu citari faceretis peremptorie omnes et singulos tam religiosos quam seculares archidiaconatus Herefordensis qui ad decime solucionem tenentur quod compararent coram nobis xviii<sup>a</sup> die presentis mensis Aprilis in ecclesia parochiali de Bromyard ad tractandum et deliberandum super quadam petitione domini nostri regis, etc.; nos tamen considerantes quantos labores dictus clerus subiret et quam graves sumptus et expensas effunderet, si singuli rectores et vicarii aliquique viri seculares qui ad dicta decime solucionem tenentur personaliter aut per singulos procuratores prefatis die et loco, ut premittitur, comparent, volumus quod premuniatis vel premuniri faciat omnes viros ecclesiasticos, tam religiosos quam seculares, dicti archidiaconatus qui ad solucionem tenentur, ut premittitur, decime memorate quod iidem religiosi singuli per singulos procuratores, seculares vero

1346.

cujuslibet decanatus conjunctim per unum procuratorem, instructos plenarie et instructum cum sufficienti potestate, compareant coram nobis vel commissario nostro die et loco predictis, etc., ad facendum tunc ibidem quod dictarum litterarum nostrarum series exigit et requirit, certificantes nos, etc. In prosperitate votiva conservet Altissimus dies vestros. Scriptum ut supra.

April 29.—*In reply to a summons to attend a meeting of the bishops in St. Paul's, to consider the state of the Church and the encroachments of the laity on her rights and liberties, the bishop promises to be present.*

135b.

Venerabili Johanni, etc., Radulphus, permissione divina Londoniensis episcopus, salutem, etc. Mandatum domini Johannis, Dei gratia archiepiscopi, nuper recepimus tenorem continens subsequentem:—Johannes, etc., fratri nostro, etc. Ignis in nostris meditacionibus nos exardescit cotidie dum Anglicanam ecclesiam modernis temporibus per laicorum machinaciones invidas et innatas eis tam contra clericos quam contra libertates, jura, et privilegia ecclesiastica dolosas insidias durius solito conspicimus infestari, intolerabilibus lacessiri injuriis, ejusque jura et libertates undique conculcari. Unde nos volentes, ut tenemur, ad honorem Dei et ipsius ecclesie sue ope nobis possibili insurgere ex adverso pro depravatis hujusmodi corrigendis seu reformandis, prout nos angit ejusdem ecclesie urgens necessitas ex causis predictis, magna et diligentia cum quibusdam nostris confratribus in ea parte deliberatione prehabita et interpellacione per ipsos nobis facta sollicite, omnes et singulos coepiscopos et confratres nostros fore decrevimus celeriter convocando. Quocirca vestre fraternitati committimus et mandamus firmiter injungentes quatinus cum omni celeritate qua fieri poterit citetis seu citari faciatis peremptorie venerabiles fratres nostros, coepiscopos electos confirmatos, et suffraganeos dicte nostre ecclesie Cantuariensis absenciumque eorundem, si qui fuerint, vicarios generales quod compareant personaliter coram nobis vel nostro commissario in ecclesia sancti Pauli, Londoniis, proximo die juridico post festum invencionis sancte Crucis proxime futurum, super premissis et reformacione ipsorum ac aliis Anglicane ecclesie negotiis urgentibus, que ad presens expressius tangere vel describere clarius certis ex causis et necessariis omittimus, una nobiscum efficaciter tractaturi, suumque exhibituri et impensuri consilium providum in eisdem pariter et consensem, ac eciam ordinaturi concorditer

A.D. 1346.

que ad honorem Dei et ipsius ecclesie virorumque ecclesiasticorum libertatem ac securitatem et commodum utilius fuerint peragenda, facturique ulterius cum continuacione et prorogacione dierum tunc sequencium quod negotiorum tunc exponendorum distinccius qualitas exigit et requirit. Vos eciam premunimus, et ceteros sic citandos per vos premuniri volumus et mandamus quod absentes in dicto termino, nisi de evidenti ipsorum impedimento ac racionabili in ea parte coram nobis vel commissario nostro tunc fecerint plenam fidem, nos illos tanquam inobedientes et contumaces, quatenus juste poterimus, juxta juris exigenciam puniemus. Vos insuper, dominum Londoniensem episcopum, tenore presencium citamus peremptorie quod eisdem die et loco coram nobis vel nostro commissario compareatis personaliter super premissis tractaturi, etc. De die vero receptionis, etc. Datum apud Croyndone, vii<sup>o</sup> kal. Marcii, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>xlvi<sup>o</sup> et nostre translacionis xiii<sup>o</sup>. Cuius auctoritate mandati tenore presencium peremptorie vos citamus quod compareatis personaliter coram dicto venerabili patre, etc. Vos insuper premunimus, etc. Datum apud Hadham, iii<sup>o</sup> idus Marcii, anno Domini supradicto, etc. Cui quidem mandato vestro prompto spiritu, quatenus poterimus, parebimus ut tenemur. Datum apud Whytebourne, xxix<sup>o</sup> die Aprilis, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>xlvi<sup>o</sup>, etc,

*March 10.—A similar summons under the archbishop's private seal.  
[margin.]*

Frater carissime, quam graviter modernis temporibus ecclesia in suis juribus et libertatibus deprimitur Anglicana, quantoque discriminis per laicorum potentiam persone ecclesiastice jam subduntur consipientes undique, vos et ceteros confratres nostros, coepiscopos nostre Cantuariensis ecclesie suffraganeos, pro quibusdam reformatis novitatibus adversus Deum et ipsam ecclesiam ejusque ministros noviter attemptatis, deliberacione primitus cum quibusdam nostris confratribus et aliis viris peritis in ea parte prehabita, ad proximum diem juridicum post festum invencionis sancte Crucis in ecclesia sancti Pauli, Londoniis, fecimus convocari. Quocirca vos rogamus, monemus, et hortamur attente quatinus zelo Domini et ad tollendum obprobria exprobrancium ecclesie et viris ecclesiasticis, sublatis excusacionibus, eisdem die et loco nobiscum et cum ceteris nostris confratribus et suffraganeis personaliter intersitis super illatis injuriis et molestiis hujusmodi

1346.

ac aliis negotiis ecclesiam Anglicanam tangentibus tractaturi, ut, vestro et aliorum consilio mediante, ordinari valeat de remedio opportuno. Ad ecclesie sue regimen conservet vos Deus. Scriptum apud Lamhethe, vi<sup>to</sup> idus Marcii.

*March 8.—The archbishop, at the king's request, enjoins masses and prayers to be offered for the success and safe return of the king and his army, and the bishop promises obedience.*

136a.

Reverendo, etc., Herefordensi episcopo, Radulphus, Londoniensis episcopus, salutem. Litteras domini Johannis, Cantuariensis archiepiscopi, nuper tenoris recepimus infrascripti:—Johannes, etc., salutem. Litteras recepimus regias sub hac forma:—Edwardus, etc., satis scitis immo vos ut ceteri fideles, etc., ut supra in priori brevi de orando pridie nobis directo, scilicet in tercio folio procedenti, sub data xxvi diei ejusdem mensis et anni regni sui Anglie et Francie. Nos autem Johannes, archiepiscopus Cantuariensis, prono mentis affectu volentes fieri quod per dictum dominum nostrum regem salubriter petitur in hac parte, fraternitati vestre injungimus et mandamus quatinus cum celeritate possibili omnibus et singulis nostris confratribus et coepiscopis ac electis confirmatis nostre Cantuariensis ecclesie suffraganeis, absenciumque eorundem, si qui fuerint, vicariis generalibus et eorum loca tenentibus vice et auctoritate nostris districcius injungatis quod ipsi singuli suos subditos inducant et moneant seu induci faciant et moneri ut pro domino rege et fidelium suorum secum incedencium progressu, expedizione, et regressu felicibus piis oracionibus Altissimum interpellant, ipsique nostri suffraganei et alii in sacerdotali ordine constituti missas celebrent, predicaciones diebus et horis competentibus, et processiones singulis feriis sextis faciant seu fieri procurent, aliaque placacionis officia exerceri faciant, ut petitur, humiliter et devote, ut Deus noster omnipotens, eorum precibus complacatus, ipsum dominum regem et fideles suos secum proficiscentes in assumpto hujusmodi negocio per suorum dirigat semitam mandatorum ipsosque a cunctis defendat inimicorum insidiis et eis graciam tribuat ad pacem sancte ecclesie sue statusque dicti regis prospere confovendam. Et ut ad faciendum premissa mentes illorum propensius excitentur, omnibus et singulis Christicolis per dictam nostram provinciam constitutis missas hujusmodi celebrantibus, seu predicaciones pro premissis facientibus, et predicacionibus ipsis interessentibus, vel processiones hujusmodi facientibus seu

A.D. 1346.

sequentibus, aut devote pro premissis orantibus, de peccatis suis vere penitentibus et confessis, xl, neconon et illis qui propter loci distanciam dictis sextis fériis processionibus hujusmodi interesse non possint, quinques *Pater Noster* et *Ave Maria* dicentibus pro predictis, de peccatis suis, ut premittitur, contritis, triginta dies indulgencie concedimus gracie; volentes quod fratres nostri predicti et coepiscopi indulgencie nostre hujusmodi suas superaddant indulgencias prout viderint expedire. Vos autem, frater karissime, premissa omnia in vestris civitate et diocesi Londoniensibus facialis efficaciter observari. De die vero receptionis, etc. Datum apud Lambeth, iii<sup>o</sup> nonas Marcii, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>xlvi<sup>o</sup> et nostre translationis xiiii<sup>o</sup>. Quarum litterarum auctoritate vobis mandamus quatinus easdem litteras in omnibus juxta earundem formam et effectum in vestris civitate et diocesi, quatenus easdem concernunt, exequamini diligenter. Vos quoque insuper eadem auctoritate in Domino exhortamur quatinus indulgencias dicti venerabilis patris benigno superaddentes affectu cunctis Christicolis vestre diocesis vere penitentibus et contritis quoctius premissa fecerint, prout decet, indulgenciam juxta dierum numerum vestre discretionis arbitrio moderandum velitis favorabiliter impertiri. Et quid feceritis, etc. Datum apud Hadham, iii<sup>o</sup> idus Marcii, anno Domini supradicto et cons. nostre septimo. Que quidem litteras vestras, ut premittitur, continent cum diligencia debita et effectu quo potuimus ampliore statim post receptionem juxta earundem vestrarum formam et effectum reverenter in omnibus fuimus executi easque nichilominus, ut tenemur, continuis ad hoc instanciis et devotis exequimur et quanto diligencius poterimus ulterius exequemur. Datum, etc.

*March 25.—Request to the bishop by the king to admit Hugh de Weston, vicar of Atcham, to the vicarage of Priors Dodington, to which he has presented him in right of his possession of the temporalities of Wenlock priory during the war, on an exchange with John de Doryton, vicar of Dodington,*

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi salutem. Cum Johannes de Dorytone, vicarius ecclesie de Dodytone Prioris, vestre diocesis, et Hugo de Westone, vicarius ecclesie de Acyngham, Coventrensis et Lichfeldensis diocesis, beneficia sua intendant ad invicem permutare, nos prefatum Hugonem ad dictam vicariam de Dodytone, ad nostram donacionem spectantem ratione temporalium prioratus de Wenlok in manu nostra occasione guerre inter nos et homines

D. 1346.

de Francia mote existencium, racione hujusmodi permutacionis faciende vobis presentamus intuitu caritatis; rogantes quatinus ipsum Hugonem ad predictam vicariam de Dodytone admittatis et vicarium instituatis in eadem. In cuius, etc. Teste meipso apud Westmonasterium, xxv<sup>o</sup> die Marcii, anno regni nostri Anglie xx<sup>mo</sup>.

*May 30.—Mandate to the bishop to admit the king's nominee to Thornbury, of which he has recovered the presentation by legal proceedings against Roger, son of Edmund Mortimer.*

Edwardus, etc., Johanni, episcopo Herefordensi, salutem. Sciatis quod nos in curia nostra, coram justiciariis nostris apud Westmonasterium, per consideracionem ejusdem curie nostre recuperavimus presentacionem nostram versus Rogerum, filium Edmundi de Mortuomari, ad ecclesiam de Thornbury. Et ideo vobis mandamus quatinus, non obstante reclamacione predicti Rogeri, ad presentacionem nostram ad ecclesiam predictam personam ydoneam admittatis. Teste R., Hyllari apud Westmonasterium, xxx<sup>o</sup> die Maii, anno regni nostri Anglie vicesimo, etc.

*April 22.—The bishop informs the king that his clergy in Convocation have declined to assent to the requested anticipation of the tenth, pleading their poverty, the smallness of their benefices, and the failure of the crops, but that he himself will comply with the royal wishes.*

I. 1366.

A tresexcellent et trespuissaunt prince et tresame seignur, sire Edward, par la grace de Dieu roy dngleterre et de France, le soen devout chapeleyn Johan, par la suffraunce de Dieu evesque de Hereford, ove humble recommendacion quant quil siet et poet dovurs et reverences. Tresredoupte seignur, ieo resceu piece a voz honourables lettres contenautes entre autres choses que come par avis et commune assent des grauntz et sages de votre conseil eietz ordine votre passage a certain jour, si bien pur la defense de seinte eglise et de votre roialme dngleterre come pur voz droitures recoverir, par qui il vous covient hastiemment faire molt grandes chevaunces dargent pour le dit viage ne mie sauntz graunt perte et damage de vous si vous neiez socour dargent le plus tost, quele busoigne monstree a lercevesque de Cantrebirs et as ascuns autres prelatz ils considerauntz la graunt necessite et lempeschemet que si hautes busoignes purroient prendre, que Dieu defende,

A.D. 1346.

si vous ne fussetz aidez dargent en temps, ount bonement ottriez, taunt come a eux attient, une anticipacion des termes del darrein an de la disme triennale a vous grauntee en maniere telle que le premier terme du dit darrain sera a lasumption de notre dame proschein avenir et le second term a la feste de touz seintz proschein siwaunt, saunz quele anticipacion vous ne pourrez faire chevance sur meisme la disme a ore, si me comandastes que cestes choses considereez ieo feisse assembler le clerge de ma diocese a aucun jour brief et a meisme lanticipacion assentir de ma partie et autre mettre peine devers les autres de ma dite diocese quils vousissent en meisme la maniere assentir. Trespuissaunt seignur, deignez savoir que rescewes et entenduetz voz dites honurables lettres tauntost fesoi assembler le clerge de ma dite diocese, si bien les religious come les seculers, a auxi court jour come ieo bonement poai faire; a quel jour ieo y fu et monstrai a eux pleinement et expressement totes les choses en voz dites lettres comprises et Dieu me soit tesmoigne que ieo les priai, excitai, et chargeai si avaunt come ieo savoi et poai que ils les dites choses considereez vousissent, taunt come a eux attynt, a la dite anticipacion bone-ment assentir, et ils ewe sur ceo entre eux trettee et deliberacion une piece a part me respondirount que, coment ils estoient toutz de bone et entiere volontee de vous aider en ceste necessitee et totes altres solonc leur poair, ils furont si pours et a si graunt mes-chief meneez par diverses charges quils avoient et par graunte morine de lour bestes et destruccion de leur bledz par ceste malveise anne, et tout le plus de lour benefitz de si petite value quils ne poaient en nul maniere a la dite anticipacion assentir, et sur ceo me prierent que ieo les vousisse bonement excuser devers votre hautesse par les causes subdites, et autre response ne pou ieo avoir pour toute la diligence et peyne que ieo savoi mettre en ceste busoigne. Mes, mon treshonure seignur, deignetz savoir que coment quil me covendra faire chevaunce, quant a ceo que a ma persone attient, ieo massent a lanticipacion susdite et su et toutz jours serai prestz a complir voz volontes et commaundements come bien su tennutz solonc mon petit poair. Tresredoubte seignur, le saint esprit vous doint bone vie et longe, et creste voz honurs et vous envoit grace faire touz jours sa volontee. Escript a Whyte-bourne le xxii jour davril.

D. 1346.

*The bishop, after the meeting of the bishops of the province, and by their advice, issues a mandate to the dean to summon the clergy to assemble and again confer on the anticipation of the tenth.*

Johannes, etc., decano ecclesie nostre cathedralis Herefordensis salutem. Licet nos nuper ad preces domini nostri regis necnon ad instantiam domini Johannis, Cantuariensis archiepiscopi, omnes et singulos clericos nostre diocesis tam religiosos quam seculares qui ad decime solucionem tenentur in ecclesia parochiali de Bromyord convocaverimus et ad proveniendum et ad anticipandum terminos solucionis ultimi anni decime triennalis nuper eidem domino regi concesse induxerimus viis et modis licitis ac modestis, ipsos tamen ad anticipacionem hujusmodi faciendam inducere non potuimus quovismodo. Verum quia postea in ultima convocatione suffraganeorum Cantuariensis provincie per supradictum archiepiscopum Londoniis facta, de consensu dicti archiepiscopi et suffraganeorum pro quibusdam urgentibus regni Anglie et ecclesie nostre Anglicane negotiis, fuit concorditer ordinatum quod diocesani clerum sue diocesis iterata vice convovent et ad consenciendum aliquali anticipacioni terminorum ultimi anni decime triennalis effectualiter excitent et inducant, vobis committimus et mandamus quatinus citetis peremptorie omnes et singulos tam religiosos quam seculares decanatus vestri Herefordensis qui ad solucionem dicte decime sunt astricti, quod compareant coram nobis, etc., die sabbati proximo post festum Corporis Christi proxime nunc sequens per se vel per procuratores ydoneos, etc.

*June 6.—Private letter from the bishop to the deans instructing them to assemble the clergy and to impress upon them that the archbishop and bishops recommend the anticipation of the tenth, and that in the proposed convocation in the cathedral their assent should also be given.*

Johannes, etc., dilecto ut supra. Mandatum nostrum ad convocandum clerum vestri decanatus vobis directum, quod compareant coram nobis in ecclesia nostra cathedrali Herefordensi super anticipacione decime, etc., deliberaturi, per vos exequi volumus sub hac forma. In primis convocetis omnes et singulos clericos vestri decanatus tam religiosos quam seculares qui ad decime solucionem tenentur ad aliquem locum competentem ejusdem decanatus et faciatis quod seculares constituant unum procuratorem ad comparendum coram nobis nomine eorum in dicta convocatione et ad

A.D. 1346.

Fol. 137a.

consenciendum hiis que contigerint ordinari, ut laboribus et expensis inanibus non vexentur. Inducatis eciam eos quod consenciant tali anticipacioni terminorum ultimi anni decime triennalis, videlicet quod fiat solucio prime medietatis in festo omnium sanctorum proxime futuro et alterius medietatis in annunciacione beate Marie, virginis, tunc sequenti, quia ad solucionem decimatarum ultimi anni dictis terminis faciendam omnes et singuli Cantuariensis provincie suffraganei pro se et, quatenus in eis est, pro subditis suis in ultima convocatione per dictum archiepiscopum Londoniis facta unanimiter consenserunt, et sine dubio verecundum erit nobis et subditis nostris si pro modica terminorum anticipacione ab universis Cantuariensis provincie subditis tanquam anomali discrepemus, potissime cum, si clerus aliarum dioecesum supradicte anticipacioni consenserit, malegradibus<sup>1</sup> nostris artabimur ad eandem. Scriptum apud Prestebury, vi<sup>o</sup> die Junii, anno Domini supradicto.

A.D. 1345.

*Nov. 12.—Presentation by the king, as guardian of the heir of Roger, son of Edmund Mortimer, of Roger de Acton to the church of Thornbury.*

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi. Ad ecclesiam de Thornbury vestre diocesis, vacantem et ad nostram donacionem spectantem ratione custodie terre et heredis Rogeri, filii Edmundi de Mortuomari, defuncti, qui de nobis tenuit in capite, in manu nostra existencium, dilectum clericum nostrum, Rogerum de Actone, vobis presentamus intuitu caritatis; rogantes quatinus ipsum Rogerum ad ecclesiam illam admittatis et personam instituatis in eadem. In cuius testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud Westmonasterium, xii<sup>o</sup> die Novembris, anno regni nostri Anglie xix<sup>o</sup>, etc.

A.D. 1346.

*May 29.—Notice to the bishop that the king has recovered the right to present to Thornbury by a decision of the court against Roger, son of Edmund Mortimer.*

Edwardus, episcopo Herefordensi, etc. Sciatis quod nos in curia nostra, coram justiciariis nostris apud Westmonasterium, per consideracionem ejusdem curie nostre recuperavimus presentacionem nostram versus Rogerum, filium Edmundi de Mortuomari, ad ecclesiam de Thornbury, et ideo vobis mandamus quod, non obstante reclamacione dicti Rogeri, ad presentacionem nostram ad

<sup>1</sup>—In MS. *malgradibus.*

D. 1346.

ecclesiam predictam ydoneam personam admittatis. Teste Johanne de Stonore, apud Westmonasterium, xxix<sup>o</sup> die Maii, anno regni nostri Anglie xx<sup>mo</sup>, etc.

*The king by his attorney, John de Clone, sues the bishop for refusing to admit John de Acton to the church of Thornbury. The bishop does not appear, and is in mercy.*

Salopessire, Johannes de Clone, qui sequitur pro domino rege, opponit se iii<sup>o</sup> die versus Johannem, episcopum Herefordensem, de placito quare, cum dominus rex nuper in curia sua coram justiciariis suis hic a die Pasche in quinque septimanas proximas preteritas recuperavit presentacionem suam ad ecclesiam de Thornbury versus Rogerum, filium Edmundi de Mortuomari, per considerationem ejusdem curie sue, et eidem episcopo mandavit dominus rex quod, non obstante reclamacione predicti Rogeri, ad presentacionem domini regis ad ecclesiam predictam ydoneam personam admitteret, idem episcopus Rogerum de Acton, clericum regis, ad ecclesiam predictam per regem presentatum admittere omnino recusavit in regis contemptum, ad grave dampnum et prejudicium corone regis manifestum, ut dicitur. Et ipse non venit et fuit attachiatus per Walterum Burtone et Willelmum Purel. Ideo ipse in misericordia, et preceptum est vicecomiti quod distringat eum per omnes terras, etc., et quod habeat corpus eius hic a die sancti Johannis Baptiste in xv dies.

*July 5.—Writ to the bishop to levy £27 19s. 11 $\frac{1}{4}$ d. from the goods of Thomas de Clone, to which he makes the usual return.*

*Aug. 3.—The king requests the bishop to publish throughout the diocese his successes in Normandy and to continue the intercessory services. A schedule contains an account of the campaign from the landing at La Hogue, near Barfleur, to the capture of Caen and the constable of France.*

Edwardus, etc., Johanni, episcopo Herefordensi, salutem. Quia de nobis et nostro exercitu in partibus transmarinis pro defensione regni nostri Anglie et juribus nostris inibi, annuente Deo, recuperandis jam agentibus rumores placidos vos novimus scire velle, graciosos eventus quos Altissimus, post applicacionem nostram apud Hoges in Normannia, super expeditione guerre nostre ibidem contulit ad consolacionem et confortacionem vestram et totius populi Angli-

A. 137b.

A.D. 1346.

cani vobis in quadam cedula presentibus interclusa duximus transmittendos, fiducialiter et intime vos rogantes quatinus contenta in eadem cedula in locis ubi expedire videritis publicari, et preces et hostias devotas pro nobis et dicto exercitu nostro offerri, missas celebrari, ac bis in qualibet septimana processiones solempnes, et de die in diem alia pie placacionis officia per vestram diocesim fieri faciat, ut Deus et dominus, justus judex, pro sue exuberantis gratia incrementa concedere dignetur tam gloriosum nostrum principium taliter prosperari ut, disponente sua clemencia, per nostros labores exitum sibi placibilem, ecclesie et rei publice perutilem, vestris suffragantibus meritis et oracionibus, attingere valeamus. Teste Leonello, filio nostro carissimo, custode Anglie, apud Wyndesore, tercio die Augusti, anno regni nostri Anglie vicesimo, etc.

Notre seignur le roi al honur de Dieu et de notre dame seinte Marie et au comfort des touz ses foials et liges gentz dengleterre signifie a eux la grace et la prosperitee des ses busoignes que Dieu lui ad donee puis le temps quil arriva a la Hoge pres de Barfleur en Normandie. Primes coment notre dit seignur le roi ove son host sei move de la Hoge le Maresdy proschein devant la feste de seinte Margarete et prist le chastel et la ville de Valonges, et puis sur son chemyn fist refaire le pount de One questoit debruse par ses enemys et le passa et prist le chastel et la ville de Carentene, et illoeques il tint le droit chemyn vers la ville de saint Loo et trova le pount Herberd pres de cele ville rumpu pur avoir desturbee son passage, et le fist meyntenaunt refaire et lendemayn prist la ville et lui adrescea droitment a Caen sanz nul jour soujourner del houre quil departi de la Hoge tanqua sa venue illoques, et meyntenaunt sur son herberger a Caen noz gentz commencerent de donner assaut a la ville questoit mult efforcie et estuffee des gentz darmes environ MDC et des communes armez et defensibles a esme de <sup>m</sup>xxx, qui sei defendirent mult bien et apertement, si que la meadlee feust tres forte et longe duraunt, mez, loez ensoit Dieu, la ville fust prise par force au darrein sanz perte de noz gentz, et ils furent pris le counte de Eu, conestable de France, le chamberleyn de Tankerville questoit a la journee escriez mareschal de Fraunce, et des autres baneretz et chivalers environ Cxl et des esquiers et riches burgeys great provison, et sont mortz tut plein des nobles chivalers et gentilhommes et des communes graunde nombre, et la navie quest demeure devers le roi ad ard et destruit tote la costere de la mer de Barfleur

1346. jesques a la fossee de Colville pres de Caen, et si ouent lis ardz la ville de Cherburc et les niefs en la havene, et sount ardz des grauntz niefs et autres vessels des enemys, que par notre dit seignur le roi que par ses gentz, C ou plus. Par quoi prie notre dit seignur le roi as totes ses liges gentz dengleterre quils regraient Dieu devoutement del esplot quil ad issint done et quils prient a Dieu assiduelment quil vuelle doner au dit notre seignur le roi bone continuance, et ad comande a son chanceller quil face escrire souz son grant seal as les prelatz et la clergie de son roialme dengleterre quils le facent auxint; et que le dit chanceller et les autres du conseil signifiant ceste chose a la citee de Londres et au peuple en comfort de eux, quar il ad ia par lassent des toutz ces graundz quils sei monstrent de bone entiere et une volontie pris purpos de lui hastier devers son adversaire queu part quil soit de jour en autre, tant come il pourra et espoire firmement en Dieu quil lui dorra bon issue et honourable de sa enprise et sur ceos ad notre dit seignur charge le counte de Huntyngdon que notre dit seignur le roi ad fait retourner en Engleterre par cause de mult forte et perileuse maladie dount il est surpris, coment que son retourner estoit mult countre son gree, de montrer cestes choses plus pleinement au conseil notre dit seignur en Engleterre.

Aug. 11.—*The bishop requests the dean and chapter to execute the king's wishes.*

138a. Johannes, etc., decano et capitulo ecclesie nostre Herefordensis salutem. Litteras domini nostri regis una cum rumoribus jucundis de felici sua expedicione in partibus transmarinis in quadam cedula dictis litteris interclusa contentis recepimus subscripte continencie et tenoris:—Edwardus, etc.—item, notre seignur, *ut supra*. Quocirca devocationem vestram affectuose requirimus, rogamus, et hortamur in Domino quatinus dictum regem causeque sue justiciam ac sibi adherentes habentes propensius commendatos precem ipsius, votum, et rogatum ad Dei laudem ipsorumque progressum et successum prosperum, exitumque Deo placidum optinendum, necnon cleri et populi consolacionem cum celeritate et diligencia opportunis studeatis in omnibus efficaciter adimplere. Datum xi<sup>o</sup> die mensis Augusti, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>xlvi<sup>to</sup>, etc.

A.D. 1346.

*Aug. 19.—Writ of summons to the bishop, the dean, and the archdeacons to attend Parliament in person, and the clergy to send proctors. The bishop instructs the official to make it known to the parties concerned.*

Johannes, etc., discreto viro, magistro Willelmo de Herwyntone, officiali nostro, vel magistro Willelmo de Thynghulle, nostro in ejusdem officialis nostri absencia commissario generali, salutem. Breve domini nostri regis recepimus continens hunc tenorem:—Edwardus, etc., Johanni, etc., salutem. Quia de avisamento consilii nostri ordinavimus quod super variis, etc., parliamentum apud Westmonasterium, die Lune proximo post festum nativitatis beate Marie, virginis, proxime futurum teneatur, etc. Mandamus quod dictis die et loco personaliter intersitis nobiscum seu cum custode regni ac ceteris magnatibus tractaturi vestrunque consilium impensuri. Et hoc sicut nos, etc. Premunientes decanum et capitulum ecclesie vestre Herefordensis et archidiaconos totumque clerum vestre diocesis quod iidem decanus et archidiaconi in propriis personis suis ac dictum capitulum per unum idemque clerus per duos procuratores ydoneos, plenam et sufficientem potestatem ab ipsis capitulo et clero habentes, predictis die et loco personaliter intersint, etc. Teste Leonello filio, etc., apud Wyndesore, xxx<sup>o</sup> die Julii, anno regni nostri Anglie vicesimo, etc. Quocirca vobis committimus et mandamus firmiter injungentes quatinus dictum breve, quatenus decanum et capitulum ecclesie nostre Herefordensis ac archidiaconos nostros totumque clerum diocesis nostre concernit, in omnibus celerius quo poteritis exequamini vice nostra. Certificantes nos circa festum nativitatis beate Marie, etc. Datum apud Prestebury, xix<sup>o</sup> die mensis Augusti, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>xlvi<sup>o</sup>, etc.

*Aug. 1.—Private letter from the regent, Prince Lionel, summoning the bishop to the same Parliament.*

Leonel fitz au noble roi d'Angleterre et de Fraunce, conte Dulvester, et gardien d'Angleterre a honourable pere en Dieu Johan, par la grace de Dieu evesque de Hereford, salutz. Come brief vous soit direct souz le grant seal notre trescher seignur et pere destre au parlement que nous avoms fetz somondre a Westminstre, le Lundy proschein apres la feste de la nativite notre dame proschein avenir, pur auscunes grosses busoignes dount le dit brief fait mencion, si come en mesme le brief est contenuz plus au plein, vous mandons et chargeons sur la foi et lamistrie

D. 1346.

que vous devez a notre dit seignur et piere que, totes excusacions cessauntes, soiez as ditz jour et lieu selonc la forme du brief avaundit :—Sachauntz de certain que pur auscunes grosses et chargeauntes busoignes notre dit seignur et piere, queles a vous et autres qui vendront illeoques y seront touchez depart lui, nous ne voulons ne ne poons vous tenir excusez de votre nonvenue en nulle manere. Done a Wyndesore le premier jour daugst, lan du regne notre seignur et piere avantdit dengleterre vintisme et de Fraunce septisme.

*Aug. 26.—The bishop requested by a writ to inform the king as to the Church of Clunbury, and finding nothing in his registers, instructs the dean of Clun to hold an enquiry.*

Johannes, etc., dilecto filio, decano de Clone, salutem. Breve domini nostri regis recepimus continens hunc tenorem :—Edwardus, etc., Johanni, etc., salutem. Volentes certis de causis certiorari utrum ecclesia de Clunbury sit ecclesia curata vel libera capella, et quis ultimo ad eam extitit presentatus vel ad vicariam ejusdem ecclesie, et per quem et quo tempore, vobis mandamus quod, scrutato registro vestro, de eo quod inde inveneritis nos in cancellaria nostra reddatis sine dilacione certiores, hoc breve nobis remittentes. Teste Leonello filio, etc., apud Wyndesore, xv<sup>o</sup> die Augusti, anno regni nostri Anglie xx<sup>o</sup>, etc. Cum igitur per registrum nostrum cerciorati non simus plenarie de premissis, tibi committimus et mandamus quatinus per rectores et vicarios tui decanatus ac alios viros fide dignos ob hoc specialiter convocandos, premissorum pleniorum noticiam optinentes, super omnibus et singulis articulis in dicto brevi contentis inquisitionem facias diligentem, et quid inveneris per eandem nos citra festum sancti Bertini, abbatis, proxime nunc futurum distincte et aperte certifices per litteras tuas patentes et clausulas harum seriem continentest. Datum apud Bosebury, xxvi<sup>to</sup> die Augusti, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>xlvi<sup>to</sup>, etc. Scrutati sumus diligenter registra nostra et nichil in eis invenimus utrum ecclesia de Clunbury, de qua in hoc brevi fit mencio, sit ecclesia curata vel libera capella, nec quod aliquis ad eam vel vicariam ejusdem quemquam aliquo tempore presentavit.

A.D. 1346.

*Sept. 23.—Mandate from the bishop to the officials of the archdeacons to make a return of aliens holding benefices in the diocese, stating whether they are resident or not, in accordance with a royal writ.*

Johannes, etc., dilecto in Christo filio, officiali archidiaconi Herefordensis vel Salopscire, etc. Breve domini regis recepimus continens hunc tenorem:—Edwardus, etc., Johanni, episcopo Herefordensi, salutem. Volentes certis de causis certiorari de nominibus omnium et singulorum alienigenarum, tam cardinalium quam aliorum, in diocesi vestra beneficiatorum, et que et quot beneficia singuli tenent et de valore eorundem, et qui super suis beneficiis morantur et resident et qui non, vobis mandamus quod, habita super premissis modis et viis quibus melius expedire videritis inquisitione diligent, nos inde sub sigillo vestro citra diem Lune proximum post festum sancti Edwardi, regis, vel in eodem die Lune ad ultimum reddatis distincte et aperte cerciores, hoc breve nobis remittentes. Teste Leonello filio, etc., apud Westmonasterium, xvº die Septembbris, anno regni nostri Anglie vicesimo, etc. Quocirca vobis committimus et mandamus quatinus super omnibus et singulis articulis in dicto brevi contentis cum celeritate qua poteritis meram et plenam veritatem diligenter inquiratis; et quid inveneritis in hac parte nos citra diem dominicam proximam post festum sancte Fidis, virginis, proxime nunc futurum certificetis, etc., per litteras vestras patentes harum seriem et nomina omnium et singulorum alienigenarum in cedula hiis annexa continentes. Datum apud Schenyngfeld, xxiiiº die Septembbris, anno Domini ut supra, etc.

*Sept. 19.—The bishop directs the citation of the clergy to attend a convocation in S. Paul's, which has been duly summoned.*

P. 139a.

Venerabili Johanni, etc., Radulphus, Londoniensis episcopus, salutem, etc. Mandatum Johannis, Cantuariensis archiepiscopi, etc., recepimus continens hunc tenorem:—Johannes, Cantuariensis archiepiscopus, etc., Radulpho, etc., salutem. Litteras domini nostri regis accepimus quarum tenor talis est:—Edwardus, etc., Johanni, archiepiscopo Cantuariensi, salutem. Quia super variis et arduis negotiis, etc., avisamentum vestrum ac suffraganeorum vestrorum ac cleri vestre provincie habere volumus, vobis mandamus quatinus dictos suffraganeos vestros, decanos et priores ecclesiarum cathedralium, abbates eciam et priores alios electivos, tam exemptos quam

D. 1346.

non exemptos, necnon archidiaconos, capitula, conventus, et collegia, clerumque cuiuslibet diocesis dicte vestre provincie ad comparendum coram vobis in ecclesia sancti Pauli, Londoniis, die Lune proximo post festum translacionis sancti Edwardi proxime futurum more solito convocari faciatis. Ita quod vos et ipsi sitis tunc ibidem super premissis cum deputandis per nos tractaturi vestrumque consilium auxilium et consensum impensuri ulteriusque facturi quod tunc ibidem contigerit ordinari, etc. Teste Leonello, etc., apud Westmonasterium, viii<sup>o</sup> Septembris, anno regni nostri Anglie vicesimo, etc. Nos siquidem attenti periculis ecclesie et regno Anglie undique imminentibus, resistere contentis in dictis litteris regiis non valentes, de consensu confratrum nostrorum nostre Cantuariensis ecclesie suffraganeorum in parlimendo apud Westmonasterium, die Lune proxime post festum nativitatis beate Marie, virginis, ultimo preteritum celebrato, nobiscum et cum aliis magnatibus et proceribus regni Anglie presencium, convocationem hujusmodi fore ordinavimus facienda. Quocirca vestre fraternitati committimus et mandamus quatinus venerabiles fratres nostros, coepiscopos et suffraganeos nostre Cantuariensis ecclesie, absenciumque vicarios citetis peremptorie et per eos decanos et priores etc., citari peremptorie faciatis quod compareant coram nobis vel commissario nostro die Lune proximo post festum translacionis sancti Edwardi, regis et confessoris, proxime futurum in ecclesia sancti Pauli, Londoniis, dicti videlicet episcopi absenciumque vicarii, decani et priores ecclesiarum cathedralium, abbatesque et priores alii electivi necnon archidiaconi personaliter, et quodlibet capitulorum conventuum et collegiorum hujusmodi per unum clerusque cuiuslibet diocesis per duos sufficientes procuratores ydoneos super contentis in dictis litteris regiis, etc., una nobiscum inibi tractaturi, etc. Vosque tenore presencium citamus peremptorie quod compareatis coram nobis die et loco predictis tractaturi, etc., ut superius est expressum, dictumque nostrum mandatum, quatenus diocesim vestram Londonensem concernit, exequi per omnia faciatis. De die vero receptionis presencium et quid feceritis, etc. Et ceteris coepiscopis et confratribus nostris et vicariis similiter injungatis ut nos singuli singillatim modo debito certificent, etc. Datum apud Lamheth, xvii<sup>o</sup> kal. Octobris, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>xlvi<sup>o</sup> et nostre translacionis terciodecimo. Cuius auctoritate mandati vos peremptorie citamus et per vos omnes et singulos, etc., quatinus compareatis et qui per vos in hac parte citati fuerint compareant secundum

A.D. 1346.

Fol. 139b

formam mandati coram dicto domino archiepiscopo, etc., predicta die facturi et recepturi quod tenor dicti mandati exigit et requirit. Et quid feceritis, etc. Datum Londoniis, xv<sup>o</sup> kal. Octobris, anno Domini supradicto et cons. nostre septimo. Quod quidem mandatum, quatenus decanum et capitulum ecclesie nostre Herefordensis abbates eciam, etc., concernit, vobis committimus exequendum. Et quid feceritis, etc. Datum apud Fynesbury juxta Londonias, xix<sup>o</sup> die mensis Septembris, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>xlvi<sup>o</sup> et nostre cons. tercio. Et scriptum fuit officialibus archidiaconatum Herfordensis et Salopsire ac magistro Willelmo de Thynghulle ad exequendum dictum mandatum.

*Oct. 12.—Acknowledgement of the receipt of the citation to Convocation.*

Reverendo, etc., Johanni, archiepiscopo Cantuariensi, vel eius commissario cuicunque Johannes, etc., quicquid poterit obediencie, reverencie, et honoris. Die xviii<sup>o</sup> mensis Septembris proximi preteriti mandatum vestrum recepimus seriem continens infrascriptam:—Venerabili, etc., ut in proxima littera prescripta. Cujus auctoritate mandati decanum et capitulum, abbates, etc., citari fecimus quod compareant coram vobis, etc. Datum apud Prestebury, xii<sup>o</sup> die mensis Octobris, anno Domini ut supra.

*Oct. 20.—The official of the archdeacon of Salop having disobeyed the bishop's mandate to send a return of beneficed aliens, is commanded to do so without delay, and further to appear and answer for his former contempt.*

Johannes, etc., officiali archidiaconi nostri Salopsire, salutem. Meminimus nos vobis nuper dedisse per nostras litteras in mandatis in virtute canonice obediencie firmiter injungendo quatinus super omnibus et singulis articulis in quodam brevi regis nobis directo contentis cuius tenor talis est:—Edwardus, etc., ut supra in alia parte precedentis folii, cum celeritate possibili meram et plenam inquiretis veritatem et quid inveneritis in ea parte nos citra diem dominicam proximam post festum sancte Fidis, virginis, anno Domini eciam elapso certificetis, etc. Super quibus omnibus seu eorum aliquo, vel si aut qualiter mandatum nostrum fuistis, prout tenebamini juxta obediencie vestre debitum, executi, nullo modo hueusque nos certificare curastis, immo verius contemptibiliter renuistis, inobediencie reatum perperam incurrendo. Quocirca vobis,

D. 1346. iterata vice, committimus et mandamus quatinus prefatum breve, quatenus alienigenas et eorum beneficia ceteraque omnia et singula in ipso brevi contenta in archidiaconatu Salopsire concernit, execucioni debite vice nostra faciat in omnibus celeriter demandari. Et quid feceritis nos, die Martis proximo post festum sancti Marci proxime nunc futurum, certificetis, etc. Vos insuper tenore presencium peremptorie citamus quatinus dicto die Martis, ubicumque tunc fuerimus in nostra dioecesi vel civitate, compareatis personaliter coram nobis super dictis contemptu et inobedientia aliquis ex officio nostro canonice objiciendis responsuri et super eisdem, si necesse fuerit, personaliter juraturi penamque condignam pro demeritis subdituri ulteriusque facturi et recepturi quod convenit canonicis institutis. Super tradicione autem presencium vobis facta nuncio nostro, jurato harum exhibitori, dare volumus plenam fidem. Datum Londoniis, xx<sup>o</sup> die Octobris, anno Domini ut supra.

A. 1402.

*Names of the persons summoned to Convocation.*

Nomina citatorum in quadam cedula certificatoria domino archiepiscopo directa in alia pagina contenta.

Magister Stephanus, decanus ecclesie cathedralis Herefordensis.  
Capitulum ejusdem ecclesie.

Magister Willelmus de Scheyntone, archidiaconus Herefordensis.

Magister Henricus de Schiptone, archidiaconus Salopscire.

Abbas et conventus de Dora      }    exempti Cisterciensis ordinis.  
Abbas et conventus de Flexley      }

Abbas et conventus de Wiggemor.

Abbas et conventus de Nova Abbathia.

Prior et conventus de Wormesley.

Clerus Herefordensis dioecesis.

*Return to the writ requiring a list of the aliens holding benefices in the diocese.*

Frater Michaelis, procurator de Lyra, est rector ecclesie de Lynton que valet xii marcas.

Idem rector ecclesie de Magna Marcle que valet xxvii marcas.

Idem est rector ecclesie In istis beneficiis non residet.      { de Fowehope que valet xx marcas.  
de Bridestowe que valet x libras.  
de Erselane que valet xxv marcas.  
de Tudenham que valet xx marcas.  
de Temedebury que valet xx marcas.

**A.D. 1846.** Idem procurator habet manerium de Lyres Occle quod valet vi marcas iiiii s. iiiii d. et ibibem residet pro parte.

Frater Radulphus, prior, et conventus de Monemuthe sunt rectores ecclesie de Monemuthe que valet xxv marcas et resident in prioratu quo ibidem.

Iidem sunt rectores ecclesie  
In istis beneficiis non resident.

Frater Gythardus, prior de Wenlok et ejusdem loci conventus sunt rectores ecclesie de Wenlock que valet lii marcas et resident in prioratu suo ibidem.

Iidem sunt rectores ecclesie  
In istis beneficiis non resident.

Iidem sunt rectores capelle de Barewe, que valet iiiii li. vi. s. viii d.  
Frater Stephanus, prior de Alburbury, et ejusdem loci conventus sunt rectores ecclesie de Alburbury, que valet xl marcas et resident in prioratu suo ibidem.

**Fol. 140b.** Prioratus de Clifford fuit aliquando in manibus alienigenarum, nunc autem in manibus Anglicorum, et frater Thomas, prior, et ejusdem loci conventus sunt rectores ecclesie de Clifford que xxx libras, et resident in prioratu suo ibidem.

Iidem sunt rectores ecclesie de Dorstone que valet xx libras et non resident.

Procurator de Counches habet capellam de Monkelane que valet lx solidos.

Idem procurator est porcionarius in ecclesia de Stoke Edyth que valet 1 solidos.

Frater Arnaldus, prior de Tytteleye, tenet prioratum ibidem qui valet c solidos et ibidem residet.

} de Strettone et Ashpertone que valet, x libras.  
de Dukestone que valet c solidos.  
de Longehope que valet v marcas.  
de Tadyngtone que valet viii marcas.  
de Lanrothel que valet v marcas.  
de Castro Godrici que valet c solidos.

} de Dodytone que valet xii marcas.  
de Clone que valet xl marcas.  
de Etone que valet vi libras.  
de Schiptone que valet vi libras.  
de Actone Rounde que valet x marcas.  
de Maddeleye que valet xii marcas.  
de Stoke Myleburgh que valet xvi marcas.

D. 1346.

Frater Ricardus, prior de Newent, est rector ecclesie de Newent que valet xl marcas et residet in prioratu suo ibidem.

Idem est rector ecclesie de Dymmok, que valet xl marcas et non residet.

Willelmus, vicarius ecclesie de Dukestone, est alienigena et vicaria sua non valet vi marcas et residet.

Willelmus, vicarius ecclesie de Dukestone, est alienigena et vicaria sua valet C solidos et residet.

*Oct. 29.—Letter from the archbishop requesting the clergy to publicly commend to their people the prior and order of St. John of Jerusalem, and to permit the servants of the order to collect alms. The armed opposition which the French prior of the order had offered to the king in France must not be a ground of annoyance or injury to the order in England.*

Johannes, Cantuariensis archiepiscopus, etc., venerabilibus fratribus nostris, omnibus et singulis nostre Cantuariensis ecclesie suffraganeis, et eorum officialibus archidiaconisque, decanis, rectoribus, et quibuscumque aliis ecclesiarum ministris per nostram Cantuariensem provinciam constitutis salutem in auctore salutis. Paterne caritatis affecio, qua venerabilem virum, priorem hospitalis sancti Johannis Jerusolimitani in Anglia, et illius ordinem atque fratres ferventer amplectamur, nos inducit ut prioris suorumque fratrum, quatenus possumus, dampna et scandala submoveamus ac tedia, eorumque quietem, honores, et commoda efficaciter procuremus. Sane licet nuper prior ejusdem hospitalis in Francia, adversario domini nostri regis Anglie, tunc adherens, ipsum regem et exercitum suum viribus, ut fertur, impugnaverit bellicosis, tamen non debet hujus delictum personale prioris dicti ordinis regni Francie in detrimentum alterius prioris ejusdem ordinis in Anglia justo judicio redundare, nec culpa prefati prioris regni Francie dicto priori seu ejus fratribus aut eidem hospitali poterit racionabiliter imputari, cum culpa quemlibet suum soleat auctorem tenere nec quis alterius odio debeat pregravari. Vos igitur et quemlibet vestrum rogamus et hortamur in Domino quatinus presentes nostras litteras, quas earum portatori retradi volumus et mandamus, in singulis ecclesiis et locis vobis subditis cum major populi in eis multitudo affuerit, quoziens ex parte hujus prioris Anglie fratrum aut ministrorum hospitalis ejusdem vos requiri contigerit, per vos, alium, aut alios solemniter publicantes, dictos priores et confratres ejusdem hospitalis ac prefatum ordinem

A.D. 1346.

in Anglia et ejus ministros propiciacione benevolia recommendatos habere velitis nec quicquam mali, molestie, vel impedimenti aut gravaminis occasione delicti dicti prioris regni Francie clericis aut procuratoribus fraternitatis ipsius hospitalis in Anglia, parochianorum parochialium ecclesiarum vobis subditarum caritativa subsidia et elemosinas hospitali predicto et ejus fratribus conferenda liberaliter more solito collecturis, seu ad illa colligenda deputatis, vel in posterum deputandis, aliqualiter inferatis seu inferri ab aliis permittatis, set plebem vobis subditam inducatis et alliciatis sollicite ut ministros hospitalis predicti pro hujusmodi colligendis elemosinis ad parochiales ecclesias declinantes admittant, et admitti faciant, et pertractent favorabiliter et benigne, ut exinde retribucionis eterne premium possitis et possint uberiorius promereri. Datum apud Lamhethe, iii<sup>o</sup> kal. Novembris, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>xlvi<sup>o</sup> et nostre translocationis terciodecimo. Quarum auctoritate litterarum vobis in virtute obediencie firmiter injungendo mandamus quatinus supradictas litteras domini nostri archiepiscopi in singulis ecclesiis et locis, etc., solemniter publicetis ac dictos priorem et confratres propiciacione benevolia recommendantes, nichil mali, molestie, impedimenti, vel gravaminis occasione delicti dicti prioris regni Francie clericis aut procuratoribus fraternitatis ipsius hospitalis inferentes seu inferri ab aliis permittentes, plebem vobis subditam inducatis et alliciatis sollicite ut ministros hospitalis predicti pro colligendis elemosinis ad parochiales ecclesias declinantes admittatis et admitti faciatis ac pertractetis favorabiliter et benigne juxta dictarum litterarum exigenciam. Datum, etc.

*Oct. 30.—A private letter from the archbishop deprecating hostility to the prior and order of St. John because the French prior fought against the king at Cressy.*

Fol. 141a.

Frater carissime, quamvis prior nuper hospitalis sancti Johannis Jerusolimitani in Francia, adversario domini nostri regis Anglie tunc adherens, adversus ipsum regem et suum exercitum apud Cressy viribus dimicaverit bellicosis, tamen hujusmodi delictum personale dicti prioris regni Francie non debet in detrimentum alterius prioris ejusdem ordinis in Anglia justo judicio redundare nec culpa prefati prioris regni Francie dicto priori seu ipsius fratribus regni Anglie poterit rationabiliter imputari. Vestram igitur fraternitatem rogamus obnixius quatinus dictos priorem et confratres ejusdem hospitalis prefatumque ordinem in Anglia et ejus ministros

D. 1346. habere dignemini propiciacione benevola commendatos nec quicquam mali, etc., *ut supra*. Conservet vos Deus ad regimen ecclesie sue. Scriptum apud Lamhethe, xxx<sup>o</sup> die mensis Octobris, sub nostro sigillo privato.

*Dec. 27.—The dean of Weobley certifies that he has executed the writ issued to the bishop, and has cited the prior of Clifford to appear before the king's justices at Westminster to answer the plaint of the executors of Thomas Vygerous that he unjustly detains from them nine sacks of wool, worth £81.*

Johannes, etc., decano nostro de Webbeleye, salutem, etc. Breve domini regis recepimus sub eo qui sequitur tenore:— Edwardus, etc., Johanni, etc., salutem. Mandamus vobis quod venire faciatis coram justiciariis nostris apud Westmonasterium in crastino purificacionis beate Marie priorem de Clifford, clericum vestrum, ad respondendum Thome atte Barre juniori, Johanni le Yonge, et Sibille Vygerous, executoribus testamenti Thome Vygerous, de placito quod reddat eis novem saccos lane precii quater viginti et unius librarum quos eis injuste detinet, ut dicunt, et unde vicecomes, etc., et habeatis ibi hoc breve. Teste J. de Stonore apud Westmonasterium, xviii<sup>o</sup> die Novembris, anno regni nostri Anglie vicesimo, etc. Hujus igitur auctoritate brevis tibi, etc., mandamus quatinus cites seu citari facias peremptorie prefatum priorem de Clifford quod compareat coram domino J. de Stonore et aliis sociis suis justiciariis die in brevi contento, executoribus testamenti Thome Vygerous juxta naturam et qualitatem brevis responsurus, ulteriusque facturus, etc. Et quid feceris, etc. Datum apud Whytebourne, xxvii<sup>o</sup> die Decembris, anno Domini ut supra. Priorem de Clifford infrascriptum monuimus et citavimus quod compareat coram vobis die et loco in hoc brevi contentis ad faciendum quod idem breve exigit et requirit.

*Oct. 10.—Writ to the bishop to levy £26 19s. 11 $\frac{3}{4}$ d. from the ecclesiastical goods of Thomas de Clonne, with the same reply as before.*

*Dec. 28.—A request to the bishops from the king that earlier terms may be fixed for payment of the tenths granted by Convocation for the prosecution of the war.*

Edward, etc., a lonurable pierre en Dieu, etc. Nous vous mercions molt de les dismes que vous et autres prelatz et clergee

A.D. 1346.

de notre roialme nous avez grauntez en eide de notre guerre a la darreine convocation, mais pur ceo que les termes des paiementz des dites dismes sount si longs que avaunt le premier terme notre guerre sereit cheiwe a leide de Dieux, si nous feussoms bien aidez dargent en present ou purroms faire hastive chevance pour les grauntz coustages porter que nous fesons de jour en autre es parties ou nous sumes, quele chevance nous ne poons faire sur les dites dismes par cause des longs jours des paiements si noun a trop graunte perte, quar le denier ne nous vaudroit une maille si les ditz termes ne soient encourtez, par quei vous prions si come autre foitz vous priasmes que vous voilliez encourter les termes des paiementz de votre porcion des dites dismes au plus brief que vous poez, et que vous facez assembler le clergee de votre diocese a alcun brief jour, et lour monstrer la graunt necessite touchante lestat et quiete de seinte esglise et trestout notre roialme, et outre mettre effectuellement votre diligence quils le facent en meisme la maniere. Ceste chose voilliez avoir tendrement a cuer si come vous amez notre honur et lesexploit de notre emprise, quar vous ne purrez james plus graunt gree de nous aver que monstrer votre naturesce a ceste foiz. Et des jours des paiementz que vous y averez mys facez certifier notre conseil a Londres a fin que nous ent puissions estre hastivement certifiez. Done souz notre prive seal devant Caleys le xxviii<sup>o</sup> jour de Decembre lan de notre regne dngleterre vintisme et de France septisme.

A.D. 1347.

*Jan. 28.—Mandate from the archbishop to his suffragans to summon their clergy to a convocation to consider the king's request for an anticipation of the times of payment of the tenth.*

Frater carissime, superne majestatis dispensacio causam quam excellentissimus princeps, rex Anglie, contra suum adversarium, Phillipum de Valesio, super regno Francie armata potencia evincendo ab eo per Dei graciam dirimere nititur, benigne respicit, prout experimenta argumentorum evidencium modernis temporibus manifestant. Set quia unius hominis quantumcumque potentis virilitas tanti non sufficit adversarii dimicare potentiam, idem dominus rex quamplurium armatorum in suo jure acquirendo fortiter assistencium adjutorio noscitur indigere, pro cuius prosecucione juris difficulti a clero nostre Cantuariensis provincie petito pro parte dicti regis subsidio, eidem biennalis decima certis futuris terminis exsolvenda per dictum clerum extitit jam concessa, quarum solucio

1347. in tempus prolixum nimium extensa sui juris prosecucionem hujusmodi retardabit et, ut asserit, alia gravamina nonnulla et incommoda ingeret evidenter. Unde nos suis sepius interpellavit litteris et, prout nobis datur intelligi, iteratis vicibus rogavit quatinus nos nostre vosque vestre diocesis totum clerum pro sui juris in ea parte adquisitione ac salvacione Anglicane ecclesie suique regni Anglie ac rei publice utilitate curaremus et curaretis inducere omni possibili diligencia ut terminos solucionis dictae statutos illi qui ex sua concessione tenentur ad eam prevenire et anticipare benevole dignarentur. Vestram igitur fraternitatem requirimus et rogamus quatinus, convocato coram vobis ad aliquem diem brevem et celerem clero vestrarum civitatis et diocesis, ipsum sollicite procuretis inducere ut terminos solucionis dictae decime prevenire seu anticipare dignetur favorabiliter et benigne, rescripturi nobis cieius quo poteritis quid feceritis ac idem clerus facere duxerit in premissis. Ad sancte ecclesie regimen Altissimus vos conservet. Scriptum apud Lamhethe, xxvii<sup>o</sup> die mensis Januarii.

*Feb. 13.—Instructions to the archdeacon of Hereford (and similarly to the dean and archdeacon of Salop) [margin] to summon the clergy to the convocation requested by the archbishop.*

142a.

Johannes, etc., discreto viro filioque in Christo dilecto, archidiacono nostro Herefordensi, salutem. Cum dominus noster Edwardus, etc., per litteras suas nobis pridie directas, evidente necessitate cogente, petierit pro gravibus sumptibus et expensis suis quamplurimum armatorum sibi in suo jure contra adversarium suum, Philippum de Valesio, acquirendo fortiter assistencium, in dies appositis et in posterum apponendis anticipacionem terminorum solucionis decime biennalis a clero Cantuariensis provincie jam concesse ad necessitatem suam admodum relevandam eidem concedi, eo quod solucio ipsius decime juxta terminos alias assignatos in tempus prolixum nimium est extensa, injunxeritque nobis quod ob hoc totum clerum nostre diocesis ad aliquem brevem diem celeriter convocare ipsumque excitare et inducere curaremus ut terminos dictae decime statutos illi qui ex sua concessione tenentur ad eam prevenire et anticipare benevole dignarentur, ac infra reverendus dominus et pater Johannes, Cantuariensis archiepiscopus, summe desiderans prefata negocia regia viis et modis Deo placentibus feliciter prosperari, nobis attencius mandavit ut vota regia optatis executioni et effectui cum celeritate possibili

A.D. 1347.

faceremus efficaciter demandari; vobis committimus et mandamus quatinus citetis omnes et singulos religiosos et seculares archidiaconatus Herefordensis qui ad solutionem dicte decime sunt astriicti quod compareant coram nobis vel nostro commissario in ecclesia parochiali de Bromyord, die Lune proxima post festum sancti Mathie, apostoli, proxime nunc futurum, per se vel procuratores ydoneos, etc. Quid autem feceritis, etc. Datum apud Wormesleye, die Februarii.

*Jan. 19.—The king forbids the bishop to fill the vacant church of Ullingswick while his suit with the abbess of Elstow as to the patronage is pending in the king's court.*

Edwardus, etc., venerabili patri Johanni, etc., salutem. Prohibemus vobis ne conferatis alicui ecclesiam de Ulyngwyk, que vacat, ut dicitur, et de cuius advocacione contencio mota est in curia nostra inter nos et abbatissam de Elnestowe, donec discussum fuerit in eadem curia utrum ad nos an ad prefatam abbatissam pertineat ejusdem ecclesie advocacio. Teste Leonello, filio, etc., apud Eltham, xix<sup>o</sup> Januarii, anno regni nostri Anglie vicesimo, etc.

*Jan. 29.—A repetition of the same prohibition.*

*Jan. 29.—A similar prohibition in regard to Ulyngswick till the suit between the abbess of Elstow and Sir Robert de Penebrugge has been heard.*

Fol. 124b.

Edwardus, etc., Johanni, etc., salutem. Prohibemus vobis ne admittatis personam ad ecclesiam de Ulyngewyk que vacat, ut dicitur, et de cuius advocacione contencio mota est in curia nostra inter abbatissam de Elnestowe et Robertum de Penebrugge, cheyaler, donec discussum fuerit in eadem curia ad quem illorum pertineat ejusdem ecclesie advocacio. Teste Leonello, etc., apud Eltham, xxix<sup>o</sup> die Januarii, anno regni nostri Anglie vicesimo primo, etc.

A.D. 1346.

*Dec. 17.—A further request to the bishop from the king to convoke the clergy and, if possible, induce them to anticipate the dates of payment of the tenth they have granted for two years.*

Edwardus, etc., Johanni, etc., salutem. De decime biennalis subsidio quod vos et ceteri prelati ac clerici Cantuariensis provincie in ultima convocatione ejusdem cleri apud ecclesiam sancti Pauli, Londoniis, facta nobis in auxilium expensarum quas defensione regni Anglie et expeditione guerre nostre Francie in dies

1346.

facere cogimus concessistis, vobis graciae referimus speciales, set quia termini solucionis subsidii predicti ita longe distant quod per id debite prospici nobis non poterit in presenti, eo quod per chevacias inde facientes circiter medietatem vel plus non sine magno nostri dispendio perderemus, vos ex corde rogamus quatinus urgentem necessitatem et periculum quibus nos et fideles nostri nobis in partibus transmarinis assistentes pro salvacione et defensione sancte ecclesie et dicti regni nostri Anglie constituimur intimius attentes, clerum vestre diocesis ad certos diem et locum coram vobis quo cius poteritis convocetis, et dictum clerum efficacius quo sciveritis inducatis ut per vos et eundem clerum abbrevientur in diocesi vestra termini superius prefiniti et statuantur tam propinqui quod auxilium vestrum hujusmodi nobis senciamus utiliter profuturum, et, ut instans tanta nostra necessitas plus insideat cordi vestro, vobis alias nostras litteras sub sigillo nostro privato super eodem negocio duximus transmittendas et expedito presenti negocio inde in cancellaria nostra per vestras litteras indilate curetis nos reddere cerciores. Mandavimus eciam rogando Johanni, etc., archiepiscopo Cantuariensi, et singulis aliis coepiscopis Cantuariensis provincie, quod quilibet eorum clerum sue diocesis coram ipso convocari et terminos predictos abbreviari faciat in forma supradicta. Teste Leonello, etc., apud Eltham, xviii<sup>o</sup> die Decembris, anno nostri regni Anglie vicesimo, etc.

Dec. 11.—*Letter to the bishop from the king in the same terms as the general letter to the bishops.*

1347.

Feb. 18.—*Summons to the bishop to attend a council at Westminster.*

Edwardus, etc., Johanni, etc., salutem. Propter quedam ardua negotia statum et defensionem regni Anglie ac expeditionem guerrarum nostrarum summe contingencia vobis, etc., mandamus quod, omnibus aliis pretermisis, sitis apud Westmonasterium tercio die Marcii proxime futuro cum ceteris prelatis, etc. Teste Leonello, etc., apud Radyng, xviii<sup>o</sup> die Februarii, anno regni nostri Anglie vicesimo primo, etc.

March 14.—*Writ to the bishop to make a return of the benefices appropriated to the knights of St. John and of their other revenues in the diocese, to which he duly replies.*

143a.

Edwardus, etc., Johanni, etc., salutem. Volentes certis de causis certiorari de vera taxa omnium et singularium ecclesiarum,

A.D. 1347.

capellarum, et aliorum beneficiorum que dilecti nobis in Christo prior et fratres hospitalis sancti Johannis Jerusolimitani in Anglia in proprios usus tenent, tam de beneficiis que ad ipsos ratione hospitalis predicti pertinent quam de aliis que fratres de ordine milicie Templi tenebant et in manibus ipsorum prioris et fratum jam existunt, et eciam quas pensiones sive porciones aut alios redditus iidem prior et fratres de spiritualibus in diocesi vestra percipiunt, et quo titulo, qualiter, et quomodo, vobis mandamus quod, scrutatis registris tam de tempore vestro quam predecessorum vestrorum, de eo quod per scrutinium hujusmodi vel alias per informacionem legitimam inveniri contigerit nos in cancellaria nostra sub sigillo vestro distincte et aperte citra octabas Pasche proxime futuras vel in eisdem reddatis certiores, hoc breve nobis remittentes. Teste Leonello filio, etc., apud Redyng, xxvi<sup>o</sup> die Februarii, anno regni nostri Anglie xxi<sup>o</sup>, etc.

## EXECUCIO DICTI BREVIS.

Quocirca vobis committimus et mandamus quatinus de vera taxa omnium et singularum ecclesiarum et aliorum beneficiorum que prefati prior et fratres in proprios usus tenent, et eciam quas pensiones sive porciones aut alios redditus iidem de spiritualibus in archidiaconatu Salopsire vel Herefordensi percipiunt, et quo titulo et quomodo, juxta dicti brevis exigenciam diligencius inquiratis. Et quid inveneritis, etc. Datum xiii<sup>o</sup> die Marcii, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>xlvi<sup>o</sup>, etc.

Prior et fratres hospitalis sancti Johannis Jerusolimitani in Anglia tenent de spiritualibus in diocesi Herefordensi subscripta, videlicet

Ecclesias	de Garewy in proprios usus que valet juxta veram taxam viii marcas.
	de Newtone in proprios usus que valet juxta eandem taxam vi marcas.
	de Suttone sancti Michaelis in proprios usus que valet juxta eandem taxam v marcas.
	de Cardytone in proprios usus que valet juxta eandem taxam xx marcas.
	de Clya sancte Margarete, de Calewe et de Wormbrugge in proprios usus que non taxantur propter earum exilitatem quia vix, prout per informacionem legitimam recepimus, sufficient ad sustentacionem presbiterorum deserviencium in eisdem.

. 1347.

Habent eciam quamdam capellam in civitate Herefordensi, que hospitale vulgariter appellatur, que eciam propter suam exilitatem non taxatur quia vix sufficit pro uno capellano divina celebrante in eadem et sustentacione degencium inibi infirmorum. Percipiunt iusuper iidem prior et fratres annuam pensionem ii solidorum in ecclesia de Wytcherche, item aliam annuam pensionem xx s. in ecclesia de Bromptone Bryan, ac eciam aliam annuam pensionem ii s. de abbate et conventu de Wyggemore pro decimis de Toter-hulle in parochia de Lydebury. Premissa vero omnia dicti prior et fratres titulo diutine possessionis, sicut informacione legitima didicimus, optinuerunt et optinent in presenti.

*Feb. 26.—Mandate to the bishop to levy £26 19s. 11 $\frac{1}{4}$ d. from the goods of Thomas de Clonne, with his accustomed reply.*

*April 29.—Writ to the bishop to search bishop Adam's register and inform the king of all the circumstances of the collation of Peter de Berkele to the prebend of Hortone, in the church of Salisbury, by the said Adam when bishop of Worcester. In reply a faithful transcript of the register is sent to the king.*

. 143b.

Edwardus, etc., Johanni, etc., executori testamenti Ade, nuper episcopi Wygorniensis, salutem. Volentes certis de causis cerciorari quo tempore qualiter et quomodo magister Petrus de Berkele ad prebendam de Hortone in ecclesia beate Marie Sarisburyensi per predictum episcopum Wygornensem, commissarium tunc episcopi Sarisburyensis ad negocium collacionis hujusmodi, ut dicitur, exequendum, fuit admissus et quo titulo et per cuius collacionem, et de omnibus aliis circumstanciis admissionem suam tangentibus plenius veritatem, vobis mandamus in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter injungentes quod, scrutato registro predicti Ade quod in custodia vestra existit, ut dicitur, de eo quod inveneritis ac eciam de tempore collacionis per quam idem Petrus predictam prebendam fuit adeptus nos in cancellarium nostram sub sigillo vestro certificetis indilate. Teste Leonello, etc., apud Redyng, vii<sup>o</sup> die Aprilis, anno regni nostri Anglie vicesimo primo, etc. Reverende et eximie discretionis viro, magistro Johanni de Offord, decano Lyncolniensi, Anglie cancellario, Johannes, etc., salutem et sincere dilectionis continuum incrementum. Breve regium nuper recepimus continens hunc tenorem:—Edwardus, *ut supra*. Huius igitur auctoritate brevis, registro bone memorie domini

A D. 1347.

Ade, Dei gracia dudum Wygorniensis episcopi, per nos diligencius perscrutato, omnia dictam prebendam de Hortone concernencia que in dicto registro invenimus contineri fideliter ab eodem extrahi fecimus et transcribi. Datumi apud Whytebourne, xxviii<sup>o</sup> die Aprilis, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>xlvi<sup>o</sup>, etc.

*April 14.—Another mandate to levy £25 19s. 11d. from the goods of Thomas de Clonne, with the same return.*

*April 8.—Private letter, sent by a special messenger from the king, requesting the loan of the bishop's wool, to be repaid from the grants made by Parliament.*

Fol. 144a.

Edwardus, etc., Johanni, etc., salutem. Mittimus ad vos dilectum clericum nostrum, Gilbertum de Chishulle, cum quibusdam litteris sub privato sigillo nostro ad statum nostrum et guerre nostre Francie et necessitatem nostram in hac parte necnon subventionem quam prelati et religiosi ac alii de clero regni nostri Anglie in consilio nostro apud Westmonasterium ultimo summonito grata consideracione singillatim ac eciam magnates et ceteri laici de communitate dicti regni in eodem consilio pretextu necessitatis predicte nobis fecerunt, vobis exponendam, rogantes quatinus velitis ad contenta in dictis litteris nostris, necnon ad ea que dictus clericus noster vobis in ea parte dicet ex parte nostra intimam consideracionem habere et nobis in presenti necessitate de lanis vestris per viam mutui taliter subvenire quod subsidium vestrum nobis sic impendendum senciamus nobis profuturum, per quod benevolenciam vestram experiri valeamus et vobis exinde specialius regraciari teneamur. Et de eo quod inde facere volueritis nos per dictum clericum nostrum, cui in dicendis ex parte nostra plenam fidem per vos adhiberi volumus, reddatis distincte et aperte certiores. Vobis enim sicut aliis de clero et communitate qui nobis ex causa predicta hujusmodi mutuum facere promiserunt de proficuis nobis in hoc consilio concessis pro hujusmodi mutuo lanarum satisfacere promittimus tempore constituto. Teste Leonello, etc., apud Redyng, viii<sup>o</sup> die Aprilis, anno nostri regni Anglie vicesimo primo, etc.

*March 28.—A letter from the king again asking for a loan of wool, of which he requires 20,000 bags.*

Edward, par la grace de Dieu roi de Engleterre et de Fraunce et seignur dirlande a l'onurable pierre en Dieu, Johan, par la mesme

D. 1347.

grace evesque de Hereford, salutz. Eue nadgairs deliberacion ove les grantz et ceaux qui sont pres de nous sur lestat de noz busoignes si semblait il a touz que nous ne poasmes maintener notre guerre, einz nous covendroit maintenaunt retourvrir a confusion de nous et les noz, si nous ne fuissons eidez dune graunde summe de deniers, et si nous eussiens tiel aide selonc lalliaunce que nous avons en present nous ferrons od laide de Dieu honurable fin de notre guerre ceste este, sur quoi nous envoiasmes noz messages devers notre consail en Angleterre pur nous purchacer un tiel aide; si que acorde est pour la necessite que nous averons de les lays vint mille saks de layne, et les prelatz qui furent present au dit conseil a Westminstre granterent chescun pur soi mult cortoisement de nous aider dune certeine quantite des leines, pur quoi vous prions especialement que considere la dite necessite et le peril dune part et lonur et profit d'autre qui purront avenir come desus est dit, nous voillez monstrer ore au busoigne l'affection que vous portez devers nous prenant ensample des autres quont si naturellement commence, et nous grauntier daprestier laines taunt come vous bonement pourez et nous vous ferrons prestement paier as jours que vous serront donez. Et de ceo que vous ent voillez faire certifiez notre dit conseil a Londres par le portur de cestes a qui voillez croire de ce quil vous dirra depart nous. Done souz notre prive seal devant Caleys le xxviii<sup>o</sup> jour de March lan de notre regne d'Angleterre vintisme primer et de Fraunce oyttisme.

*April 12.—Writ to the bishop forbidding him under severe penalties to collect the procurations which the legates of the Apostolic See have sent agents into England to collect for their mission in France, contrary to an ordinance of the last Parliament.*

Edwardus, etc., Johanni, etc., salutem. Cum in parlamento nostro apud Westmonasterium ultimo tento de communi assensu procerum, magnatum, ac totius communitatis regni nostri Anglie ordinatum et concordatum fuisse quod nulla solucio cardinalibus, nunciis sedis Apostolice ad partes Francie destinatis, occasione nunciacionis sue pro tractatu extra regnum nostrum Anglie quovis modo habito, seu habendo, nomine procuracionum per aliquos de dicto regno nostro Anglie fiat, ac jam datum est nobis intelligi quod Anibaldus, episcopus Tuscanus, et Stephanus, tituli sanctorum Johannis et Pauli presbiter, dicte sedis cardinales, qui

A.D. 1347.

Fol. 144b.

in dicta terra Francie circa tractatum hujusmodi a jam diu morabantur, quamplures procuratores suos in dictum regnum nostrum Anglie cum litteris, bullis, et aliis nobis et populo dicti regni valde prejudicialibus transmiserunt, ipsique procuratores, absque licencia nostra seu nostro conductu contra ordinacionem in dicto parlae contra proclamaciones et inhibiciones ex parte nostra ne quis sub forisfactura vite et membrorum et aliorum que nobis forisfacere poterit bullas, litteras, seu instrumenta nobis et dicto regno nostro dampnosa seu prejudicialia, aut alia que prejudicialia non fuerint, nisi ea prius custodibus portuum ubi applicuerint ostensa [inferat], vobis liberarunt exsequenda, quo pretextu vos quam-magnas pecuniarum summas pro expensis ipsorum cardinalium pro tempore quo circa dictum tractatum in terra nostra Francie moram fecerint a subditis nostris in dicto regno Anglie exigi et levari demandastis in nostrum contemptum et prejudicium et subditorum nostrorum depressionem et depauperacionem manifestam, et contra formam ordinacionis et concordie predictarum, nos, hujusmodi attemptatis tam presumptuosis et voluntariis, nobis et regno nostro notorie prejudicialibus, remedio quo convenit rationabiliter obviare ordinacionemque et concordiam predictas volentes inviolabiliter observari, vobis in fide et ligancia quibus nobis tenemini et sub forisfactura omnium que nobis forisfacere poteritis districte prohibemus, ne quicquam pro procuracionibus predictis ab aliquibus de dicto regno nostro Anglie pretextu litterarum, bullarum, seu aliorum quorumcumque commissionum, mandatorum, aut instrumentorum ad opus ipsorum cardinalium exigatis vel levetis nec per alios exigi vel levari faciatis nec aliquos ad hoc artetis seu coherceatis vel artari seu coherceri faciatis, nec quicquam in hac parte attemptetis nec per vos arte vel ingenio attemptari presumatis quod in nostri seu dicti regni nostri Anglie prejudicium vel impugnacionem aut enervacionem ordinacionis et concordie predictarum cedere poterit ullo modo. Et si quid per vos aut vestros in contrarium aliqualiter fuerit attemptatum id sine difficultate aliqua revocari faciatis, vel alias contra vos tanquam dictarum ordinacionis et concordie inpugnatorem et nobis contrarium et rebellem, nostrum et dicti regni nostri Anglie inimicum, cum rigore quo de jure possumus, prout ad hoc vinculo juramenti astringimur, procedemus. Teste Leonello, etc., apud Redyng, xii<sup>o</sup> die Aprilis, anno regni nostri Anglie vicesimo primo, etc.

D. 1347.

*May 4.—The king revokes the presentation of John de Wacenhulle to the chapelry of Badger, which he made in ignorance of the rights of William de Badger. His father, Philip de Badger, nominated John de Beckbury to the prior and convent of Wenlock for presentation to the bishop in ignorance that during the war with France the nomination should have been made to the king. John de Beckbury was duly inducted, but has been threatened with proceedings by the king's nominee.*

Edwardus, etc., omnibus, etc. Monstravit nobis Willelmus de Baggesore, dominus manerii de Baggesore, quod, licet nominacio capelle de Baggesore ad dominum de Baggesore pertineat, idemque Willelmus et omnes antecessores sui, domini manerii predicti, a tempore quo non extat memoria singulis vicibus quibus dicta capella per mortem, resignacionem, vel cessionem persone capelle predicte aut alio quovis modo vacavit unum clericum priori et conventui de Wenlock qui pro tempore fuerint ad dictam capellam per ipsos priorem et conventum presentandum nominare, et iidem prior et conventus, nominacione predicta per ipsos admissa, statim prefatum clericum sic nominatum episcopo Herefordensi pro institutione et induccione in eadem capella a prefato episcopo optinendis presentare consueverint, sicut per registra episcoporum loci predicti plenius poterit apparere, ac Philippus de Baggesore jam defunctus, pater predicti Willelmi, ignorans jus quod predicti prior et conventus tempore pacis habent jam ad nos ratione guerre inter nos et adversarium nostrum Francie devolutum esse, capella predicta nuper vacante, Johannem de Beckbury, clericum, prefatis priori et conventui ad eandem capellam presentandum nominaverit et idem Johannes virtute nominacionis predicte ac presentacionis ipsorum prioris et conventus in eadem capella institutus sit et inductus, Johannes tamen de Wacenhulle, clericus noster, qui per aliam suggestionem nobis factam, tacita veritate de jure domini de Baggesore, ad dictam capellam, per nos est presentatus pro possessione dictae capelle colore presentacionis nostre optinenda prosequitur et dictum Johannem de Beckbury per ipsos priorem et conventum ad nominacionem dicti Philippi, nuper domini de Baggesore, ad eandem capellam, ut premittitur, presentatum nititur amovere in predicti Willelmi, domini de Baggesore, prejudicium et exheredacionem manifestam, super quo idem Willelmus nobis supplicavit sibi per nos de remedio provideri. Nos pro eo quod tam per certificacionem sub sigillo episcopi Herefordensis nobis factam quam per veram examinacionem et informacionem fide dignorum quibus fidem plenam adhibemus sumus plenius cerciorati quod nominacio

A.D. 1347.

predicte capelle ad prefatum Willelmum tanquam dominum de Baggesore, sicut superius suggeritur, pertinet, nolentes predictum Willelmum super jure suo prejudicari, dictam presentacionem nostram de prefato Johanne de Wacenhulle ad capellam predictam, sic factam tenore presencium revocamus ex causa supradicta, et statum quem prefatus Johannes de Beckbury habet in eadem capella in forma predicta ratificamus et approbamus. In ejus rei, etc. Teste Leonello, etc., apud Redyng, quarto die Maii, regni nostri Anglie ut supra.

*May 4.—Notice to the bishop that the king has withdrawn his presentation of John de Wacenhulle to the chapelry of Badger and confirmed the appointment of John de Beckbury.*

Fol. 145a

Edwardus, etc., venerabili Johanni, etc., salutem. Monstravit nobis Willemus de Baggesore, dominus manerii de Baggesore, quod licet nominacio capelle de Baggesore, etc., ut supra usque de remedio provideri. Et [cum] nos, pro eo quod tam per certificacionem sub sigillo vestro nobis factam quam per veram examinacionem et informacionem fideliorum quibus fidem plenam adhibemus sumus plenius cerciorati quod nominacio capelle predicte ad prefatum Willelmum, tanquam dominum de Baggesore, sicut superius suggeritur, pertinet, nolentes predictum Willelmum super jure suo predicto prejudicari, dictam presentacionem nostram de prefato Johanne de Wacenhulle ad capellam predictam sic factam revocaverimus ex causa supradicta, et statum quem prefatus Johannes de Beckbury habet in eadem capella in forma predicta ratificaverimus et approbaverimus, prout in litteris nostris patentibus inde confectis plenius continetur, vobis mandamus quod ipsum Johannem de Beckbury contra tenorem litterarum nostrarum predictarum non molestetis in aliquo seu gravetis. Teste Leonello, etc., apud Redyng, quarto die Maii, anno regni nostri vicesimo primo, etc.

*July 12.—Commission from the bishop to the prior and convent of Hereford to collect in the archdeaconry the tenth granted by the clergy to the king for two years.*

Johannes, etc., religiosis viris, priori et conventui nostre civitatis Herefordensis, salutem, etc. Breve domini regis recepimus in hec verba:—Edwardus, etc., Johanni, etc., salutem. Cum vos et ceteri prelati ac clerici vestre diocesis nobis in subsidium quorun-

dam arduorum negotiorum nostrorum in ultima convocatione prelatorum et cleri Cantuariensis provincie in ecclesia sancti Pauli, Londoniis, habita de vestris et ipsorum bonis et beneficiis ecclesiasticis decimam per biennium benevole concesseritis nobis ad festa assumptionis beate Marie, virginis, et sancti Martini proxime futura pro primo anno ejusdem biennii solvendam, nos, volentes de dicta decima responderi juxta concessionem supradictam, vobis mandamus affectuose rogando quod aliquos viros fide dignos de quibus confiditis ad dictam decimam biennalem ad opus nostrum in diocesi vestra Herefordensi levandam et colligendam absque dilacione aliqua assignetis; ita quod iidem sic assignati denarios inde provenientes ad terminos predictos pro dicto primo anno ad scaccarium nostrum vel alibi ad mandata nostra nobis solvant, etc. Et de nominibus illorum quos ad dictam decimam in diocesi vestra colligendam duxeritis deputandos thesaurarium et barones nostros de scaccario predicto reddatis sub sigillo vestro cum celeritate qua poteritis cerciores. Teste Leonello, etc., apud Redyng, xiii<sup>o</sup> die Maii, anno regni nostri Anglie vicesimo primo, etc. De vestris igitur fidelitate et industria plenam in Domino fiduciam reportantes ad collendum et levandum, ut premittitur, denarios de dicta decima biennali provenientes a quibuscumque personis ecclesiasticis archidiaconatus Herefordensis juxta dicti brevis tenorem vos specialiter assignamus, vobis districcius injungentes quatinus dictum breve, quatenus ad vos attinet, cum omni diligencia exequi et denarios de dicta decima provenientes et quolibet termino dicti biennii collectos per vos et levatos una cum porcione vos contingente ad dictum scaccarium vel alibi juxta formam et exigenciam brevis predicti efficaciter solvere studeatis. Ad que facienda vobis committimus vices nostras, etc. Qualiter autem hujusmodi mandatum nostrum fueritis executi nos, etc. Datum apud Prestebury, xii<sup>o</sup> die Julii, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>xlvi<sup>o</sup>, etc.

*July 25.—The bishop appoints the same prior and convent to collect the tenth in the archdeaconry of Salop in the place of the prior of Leominster, in accordance with a writ of the king issued on the petition of the abbot of Reading, who asserts that the prior of Leominster can be removed at will as a mere proctor of the abbot, and will shortly be recalled to Reading.*

Die xxv<sup>o</sup> Julii, anno Domini ut supra, facta fuit commissio consimilis tenoris ut supra eisdem priori et conventui pro dicta decima colligenda et levanda in archidiaconatu Salopsire, quia prior

A.D. 1347.

Leoministrensis se excusavit per breve proxime sequens:—Edwardus, etc., Johanni, etc., salutem. Cum nuper vobis per breve nostrum mandaverimus quod aliquos viros fidedignos ad illam decimam biennalem levandam, etc., ac jam ex querela dilecti nobis in Christo abbatis de Redyng [acceperimus] quod vos quemdam fratrem Johannem de Gloucesteria, commonachum et procuratorem ipsius abbatis apud Leoministriam, qui ad voluntatem ejusdem abbatis amoendus existit, sub nomine prioris de Leoministria, aesi prior perpetuus vel dativus ibidem aliquo tempore fuisset, cum non fuerit, ad denarios de dicta decima de archidiaconatu Salopsire provenientes colligendos, recipiendos, et ad opus nostrum solvendos pretextu dicti mandati nostri assignastis, per quod idem abbas nobis supplicavit ut, cum prefatum fratrem Johannem a dicto loco de Leominstria proximo amoveri et in certo officio infra abbaciā predictam morari necessario oportebit, velimus, ne levacio et colleccio denariorum predictorum ex causis premissis dilacionem capere videantur, alium ydoneum loco ipsius fratris Johannis ad premissa facienda et exequenda assignari jubere. Nos indemnitati nostre in hac parte prospicere et de denariis predictis ad terminos constitutos, omni excusacione cessante, responderi volentes, vobis mandamus quod, si prefatus frater Johannes ad voluntatem ipsius abbatis amoendus et non perpetuus prior vel dativus existat, sicut predictum est, tunc loco ipsius fratris Johannis alium pro nobis sufficientem et ydoneum ad premissa facienda et exequenda sine dilacione assignetis, prefatos thesaurarium et barones de nomine illius, etc., reddentes cerciores. Teste Leonello, etc., apud Redyng, xxº die Julii, anno regni nostri Anglie vicesimo primo, etc.

Venerabilibus viris, dominis thesaurario et baronibus de scaccario domini regis Johannes, etc., salutem in amplexibus salvatoris. Breve domini regis recepimus in hec verba:—Edwardus, etc., *ut supra*. Nos igitur religiosos viros, filios in Christo dilectos, priorem et conventum sancti Guthlaci Herefordie, ad levandos et colligendos denarios de dicta decima biennali a quibusdam personis ecclesiasticis nostre diocesis provenientes juxta dicti brevis exigenciam et tenorem assignandos duximus et eciam deputandos, eisdem districciis injungentes, etc. Datum apud Colehulle, vº die mensis Augusti, anno Domini ut supra.

D. 1347.

*June 8.—Writ to the bishop to levy £24 9s. 11 $\frac{3}{4}$ d. from the ecclesiastical property of Thomas de Clonne. The return states that the bishop forwards 20s., and has sequestered property still unsold to the amount of 20s. more.*

*June 29.—Mandate to the bishop to report to the king whether there is evidence in the registers of the existence of a vicarage of Clunbury, as the prior of Wenlock has petitioned him to revoke his appointment of William de Saye to be vicar because the chapel at Clunbury is annexed to the church at Clun, which is appropriated to Wenlock.*

. 146a.

Edwardus, etc., Johanni, etc., salutem. Cum nuper ad prosecucionem Willelmi de Saye, clerici, nobis suggestentis fore quamdam vicariam de Clonbury vestre diocesis vicariamque illam vacasse et ad nostram donacionem spectasse, ipsum Willelmum ad hujusmodi vicariam vobis presentaverimus intuitu caritatis, ac jam ex parte dilecti nobis in Christo prioris de Wenlock acceperimus quod apud dictam villam de Clonbury nulla est vicaria set quedam capella que parochiali ecclesie de Clone, quam iidem prior et ejusdem loci conventus in proprios usus tenent, annexa existit, et quod ad capellam predictam nullo tempore aliquis vicarius vel persona admissus fuit vel in ea inductus, super quo nobis est supplicatum ut velimus ad hoc consideracionem habere et presentationem nostram eidem Willelmo ad dictam vicariam predictam factam facere revocari, nos ex causis premissis per vos cerciorari volentes si apud dictam villam de Clonbury aliqua perpetua vicaria existat ac si aliqua persona vel vicarius tempore vestro vel alicujus predecessorum vestrorum ad talem vicariam admissus fuerit vel institutus in eadem neene, et si sic, tunc quis vel qui et quo tempore et ad quorum presentacionem et quo titulo qualiter et quo modo, vobis mandamus quod, scrutatis registris tam de tempore vestro quam predecessorum vestrorum premissa tangentibus, nos in cancellaria nostra de eo quod inde inveniri contigerit sub sigillo vestro distincte et aperte sine dilacione reddatis cerciores, remittentes nobis hoc breve. Teste Leonello, etc., apud Redyng, xxix<sup>o</sup> die Junii, anno regni nostri Anglie vice-simo primo, etc. Scrutati sumus diligenter registra nostra et predecessorum nostrorum et nichil adhuc invenimus in eadem quod in villa de Clonbury aliqua perpetua vicaria existat, seu quod aliqua persona vel vicarius tempore nostro vel alicujus eorundem predecessorum nostrorum ad talem vicariam admissus fuerit vel institutus in ea.

- A.D. 1347. Aug. 24.—*The bishop, in accordance with a mandate from the archbishop instructs the official of the archdeacon of Hereford to summon the dean and chapter, the abbots, priors, and representatives of religious corporations in his archdeaconry to attend a meeting of Convocation in St. Paul's cathedral for the consideration of certain infringements of the privileges of the Church and to assemble the clergy of the archdeaconry in Hereford cathedral with the clergy of the archdeaconry of Salop for the election of two proctors for the said Convocation, and to reduce to writing proposals for the reform of abuses.*

Fol. 146b. Johannes, etc., dilecto in Christo filio, officiali archidiaconi nostri Herefordensis, salutem. Mandatum recepimus continens hunc tenorem:—Venerabili Johanni, etc., Radulphus, Londoniensis episcopus, salutem, etc. Mandatum domini Johannisi, Cantuariensis archiepiscopi, etc., recepimus continens hunc tenorem:—Johannes, Cantuariensis, etc., venerabili fratri nostro domino Radulpho, etc. Quantum nobis ex alto permittitur adversus excessus qui post ultimum provinciale concilium dudum per nos Londoniis celebratum in detrimentum ecclesie atque cleri emerserunt noviter medelam adhibere congruam desiderantes intense, pro hujusmodi corrigendis excessibus et moribus reformatis provinciale concilium de quorundam suffraganeorum nostrorum episcoporum assensu et consilio fore celebratum decrevimus, ut in eo depravata contra statum seu libertatem ecclesie aut contra clerum sive viros ecclesiasticos nostre provincie attemptata perverse lima correccionis debite reformentur, et fiant in ipso, adjuvante Deo, que facienda fuerint secundum canonicas sancções. Quocirca fraternitati vestre committimus et mandamus quatinus venerabiles fratres nostros episcopos et electos confirmatos, vel si qui eorum forsan absentes fuerint vicarios ipsorum in spiritualibus generales, citetis seu faciatis citari peremptorie, decanos vero et priores ecclesiarum cathedralium, abbates eciam et priores electivos sub se plenum conventum habentes, neconon archidiaconos, capitula, conventus, et collegia universa clerumque cujuscumque diocesis nostre provincie antedictę premunire curetis vel faciatis debite premuniri quod iidem episcopi electi seu vicarii eorum personaliter decanique et priores ecclesiarum cathedralium neconon abbates et priores alii sub se, ut premittitur, plenum conventum habentes, neconon archidiaconi per se vel singulos suos procuratores sufficientes et ydoneos, predictaque singula capitula conventus et collegia per unum clerusque cuiuslibet diocesis per duos procuratores ydoneos, si sua crediderint interesse et causas vel negocia habuerint in hujusmodi consilio

D. 1347.

provinciali tractanda, coram nobis et dicto consilio legitime compareant in ecclesia sancti Pauli, Londoniis, proximo die juridico post festum sancti Jeronimi, confessoris, proxime futurum super premissis omnibus et singulis et aliis tunc exponendis ibidem statum ecclesiarum, religiosorum, et cleri dicte nostre provincie morumque correccionem et depravatorum reformacionem hujusmodi concernentibus tractaturi, suumque sanum et deliberatum consilium impensuri prebiturique consensum hiis que inspirante Domino, ibidem utiliter contigerit ordinari, ulteriusque facturi, etc. Eisdem eciam fratribus nostris electis et vicariis predictis denunciari faciatis expresse quod omnibus ecclesiarum prelatis suarum diocesum exemptis non mendicantibus, cujuscumque fuerint ordinis, condicionis, aut status, notificant manifeste ac hujusmodi prelatis vestre diocesis per vos volumus intimari ut prefatis die et loco absque suorum privilegiorum prejudicio, quibus per hoc non intendimus derogare, una nobiscum sufficienter intersint, si sic viderint expedire, facturi in premissis et ea contingentibus quod supra est expressum. Ex cautela eciam habundanti vobis injungimus et per vos dictis nostris confratribus electis et confratribus electis et vicariis predictis injungi volumus et mandamus ut vos et ipsi cum religiosis et clero vestre suarumque diocesum super depravatis et excessibus reformati, ut super illis dictis diebus et loco plenior et maturior informacio valeat optineri et quod expediens fuerit convenientiusque ordinari. Vos eciam dictum mandatum, quatenus vos et diocesim vestram Londonensem concernit, exequi per omnia faciatis. De die vero receptionis presencium, etc. Datum apud Lamhethe, iii<sup>o</sup> kal. Augusti, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>xl<sup>m</sup> septimo, etc. Hujus igitur auctoritate mandati tenore presencium peremptorie vos citamus quod personaliter compareatis coram dictis domino archiepiscopo, etc. Insuper vobis auctoritate qua insuper committimus, injungimus, et mandamus quatinus decanum et capitulum ecclesie vestre cathedralis, abbates etc. [ut supra], premuniatis seu faciatis debite preuniri quod iidem abbates, etc., per se vel singulos suos procuratores, capitulum autem vestrum et quodlibet conventuum et collegiorum per unum clerusque predictus per duos sufficientes procuratores, coram dictis domino archiepiscopo et concilio legitime compareant dictis die et loco tractaturi, etc. Denunciamus eciam vobis quod premissa in dicto mandato contenta omnium ecclesiarum prelatis exemptis vestre diocesis non mendicantibus cujuscumque fuerint ordinis curetis plenius intimare ut prefatis die et loco una

A.D. 1347.

cum dictis domino archiepiscopo et concilio sufficienter intersint, etc. Auctoritate eciam supradicta vobis injungimus ut vos cum religiosis et clero vestre diocesis super depravatis et excessibus reformandis in dicto concilio deliberetis et que per hujusmodi deliberacionem visa fuerint reformanda in scriptis redigi faciat. Et quid feceritis, etc. Datum apud Stebenhethe, ii<sup>o</sup> nonas Augusti, anno Domini supradicto et cons. nostre octavo. Cujus auctoritate mandati in virtute obediencie firmiter injungendo committimus et mandamus quatinus omnia et singula in dicto mandato contenta, quatenus decanum et capitulum ecclesie nostre cathedralis, abbates eciam et priores electivos sub se plenum conventum habentes, prelatos exemptos non mendicantes cujuscumque fuerint ordinis, neconon archidiaconatum Herefordensem concernunt, juxta ejusdem exigenciam debite execucioni demandare curetis. Citantes insuper religiosos et clerum dicti archidiaconatus quod compareant coram nobis nostrisve commissariis in ecclesia nostra cathedrali Herefordensi die Lune proxima post festum exaltacionis sancte crucis proxime futurum super depravatis et excessibus reformandis in dicto concilio deliberaturi clerusque dicti archidiaconatus una cum clero archidiaconatus Salopsire super duobus sufficientibus procuratoribus et ydoneis secundum vim formam et effectum predicti mandati eligendis tractaturi, consensuri, facturi et recepturi in omnibus et per omnia quod dictum mandatum requirit. Et quid feceritis, etc. Datum apud Coldhulle, xxvi<sup>o</sup> die Augusti, anno Domini ut supra et nostre cons. iii. [Margin] Execucio dicti mandati sub hac forma scripta fuit officiali archidiaconi Salopsire.

*Aug. 20.—Urgent request from the king for a loan of the value of 10 sacks of wool from the bishop, who has not replied to a former appeal.*

Fol. 147b.

Edwardus, etc., venerabili patri Johanni, etc. Negociorum pridem nostrorum arduitate pensata circa que sumptus effudimus excessivos et effundimus incessanter, ac necessitate cogente, quemdam clericum nostrum cum litteris sub magno et privato sigillis nostris ad vos duximus destinandum, rogantes quatinus de lanis vestris in nostra tam urgenti necessitate nobis subvenire per viam mutui curaretis pro quibus vobis satisficeret tempore constituto. Et licet nonnulli prelati et persone alie singulares quos rogavimus pro hujusmodi nobis subsidio impendendo lanas tvel pecuniam nobis gratanter mutuassent et ex eis aliqui de dono libencius concessis-

1847.

sent, tamen quid vos nobis ad rogatum nostrum hujusmodi velletis facere in certo nec per litteras nec per manum respondistis. Et quia tanta urget necessitas ac regni nostri proventus ad tot sumptus guerrinos et onera alia incumbencia supportanda non suppetunt, sicut scitis, nisi amplioribus aliunde subvencionibus relevemur, vos intimius quo poterimus exoramus quatinus, attento quod laici dicti regni nobis quintam decimam per biennium et viginti millia saccorum lane trinam quintam decimam excedencia concesserunt, tantum per clerum nobis concessa decima biennali, et quod non solum honori detraheretur regio set nos eciam, quod absit, confusione perpetua Anglicanaque ecclesia ac ipsum regnum nostrum inevitabilibus involveremur perditionis periculis, si ab incepta guerra redire defientibus guerrinis sumptibus cogeremur, decem saccos in auro vel argento juxta sortem patrie vestre nobis velitis in nostra hujusmodi necessitate que legi non subjicitur, excusacione qualiter postposita, mutuare et preium dictorum decem saccorum lane juxta sortem predictam, eo quod lane predite in tam brevi tempore ad locum ubi eas habere vellemus cariari non poterunt apud Londonias in crastino sancti Michaelis proxime futuro, absque ulterioris dilacionis diffugio per aliquem vestrum certum nuncium habeatis thesaurario nostro inibi liberandum, qui eidem nuncio vestro litteras nostras obligatorias de dicta mutuata pecunia vobis ad competentem terminum persolvenda prompeius liberabit, scientes quod excusacionem nequimus admittere in hoc casu, nosque reddentes inde per nuncium nostrum, harum bajulum, cerciores. Teste Leonello, etc., apud Gloucestriam, xxº die Augusti, anno regni nostri Anglie vicesimo primo, etc.

*Sept. 27.—An acknowledgement of the archbishop's summons to Convocation. The clergy of the diocese have made no proposals for reform of abuses.*

Venerabili, etc., Johanni, archiepiscopo Cantuariensi, Johannes, etc., quicquid poterit obediencie, reverencie, et honoris, xvii<sup>mo</sup> die mensis Augusti mandatum recepimus continencie infrascripte:—Venerabili, etc., ut supra in folio precedenti. Cujus auctoritate mandati decanum et capitulum ecclesie nostre cathedralis Herefordensis, abbates, etc., quorum nomina in cedula presentibus annexa continentur et clerum nostre diocesis juxta formam mandati vestri fecimus debite premuniri quod compareant coram vobis, etc. Omnibus insuper ecclesiarum prelatis dicte nostre diocesis

A.D. 1347.

exemptis, etc., plenius fecimus intimari ut prefatis die et loco una vobiscum et concilio sufficienter intersint, etc. Nos eciam cum religiosis et clero nostre diocesis super depravatis et excessibus reformatis in dicto concilio deliberavimus et quia dicti religiosi et clerici nulla depravata ac excessus coram nobis proposuerunt in dicto concilio reformanda nichil redigi fecimus in scripturis. Datum apud Coldhulle, xxvii<sup>o</sup> die Septembris, anno Domini ut supra. Nomina citatorum ut supra in alio quaterno in cedula presentibus certificatoriis annexa.

*Nov. 13.—Writ of summons to the bishop and his clergy to attend a Parliament which the king has called to remedy abuses and not to ask for further aids.*

Fol. 148<sup>a</sup>.

Edwardus, etc., Johanni, etc., salutem. Quia pro quibusdam arduis negotiis, etc., parliamentum nostrum apud Westmonasterium in crastino sancti Hillarii proxime futuro tenere volumus, etc., vobis mandamus quatinus dictis die et loco personaliter intersitis, etc., preminentes decanum et capitulum ecclesie vestre Herefordensis ac archidiaconos totumque clerum vestre diocesis quod iidem decanus et archidiaconi in propriis personis suis ac dictum capitulum per unum idemque cleris per duos procuratores, etc., personaliter intersint ad conseuendum hiis que tunc ibidem de communi consilio ipsius regni nostri, divina favente clemencia, contigerit ordinari. Et scire vos volumus quod dictum parliamentum non ad auxilia seu tallagia a populo dicti regni nostri petenda vel alia onera eidem populo imponenda set dumtaxat pro justicia ipsi populo nostro super dampnis et gravaminibus sibi illatis facienda ac pro tractaibus super dictis negotiis, ut premittitur, habendis fecimus summoneri. Teste meipso apud Westmonasterium, xiii<sup>o</sup> die Novembris, anno regni nostri Anglie vicesimo primo, etc. Commissio execucionis istius brevis facta fuit magistro W. de Herewynton et W. de Thinghulle, ut supra in quaterno precedente sub data apud Coldhulle, xv<sup>o</sup> die Decembris, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>X<sup>o</sup> septimo.

A.D. 1348.

*Feb. 14.—Writ of summons to the bishop to attend Parliament, which is called to discuss the result of the journey of the king's envoys to the Apostolic See and the preparations made by the French during the truce to invade England with a great force.*

Edwardus, Dei gracia, ut supra, etc. Cum juxta formam treugarum inter nos et adversarium nostrum Francie apud Calesias

D. 1348. initarum concordatum fuisse quod nonnulli solempnes nuncii, durantibus dictis treugis, tam ex parte nostra quam dicti adversarii nostri ad Sedem Apostolicam ad tractandum ibidem de finali pace inter nos et dictum adversarium nostrum mitterentur, et nos super hoc certos competentes nuncios ad senciendum voluntatem domini summi pontificis super quibusdam preparatoriis, tam dictum tractatum pacis quam missionem hujusmodi majorum solempnium nunciorum concernentibus, ac aliis de causis motivis plurimum ad dictam Sedem circiter festum sancti Andree, apostoli, proxime preteritum duxerimus transmittendos, tucius sperantes certam re-sponsionem ab ipsis nunciis in ultimo parlimiento nostro apud Westmonasterium tento verisimiliter habuisse, de quibus quidem nunciis seu eorum **expeditione** hactenus non recepimus quicquam certum propter quod missionem majorum nunciorum sollemnium adhuc posuimus in suspenso, et quia, Deo dante, de dictis nunciis et eorum **expeditione** in proximo habere credimus certa nova super quibus ac eciam super eo quod contra formam dictarum treugarum ex parte ipsius adversarii nostri juratarum quedam notabiliter ponderanda et in favorem nostri nostrorumque fidelium et alligatorum adimplenda per partis adverse maliciam minime sunt impleta, necnon super eo quod dictus noster adversarius contra bonam fidem desperata pace pro parte sua promissa maximam multitudinem hominum ad arma et aliorum ac navium et gallearum potencius quam hactenus auditum fuerit parat ad dictum regnum nostrum Anglie hostiliter invadendum ac nos et dominium nostrum subvertendum, prout hec per manifesta indicia satis liquet, expedit ut cum prelatis, proceribus, et magnatibus ejusdem regni absque more dispendio salubre consilium habeamus, per quod ex causis predictis et pro aliis terram et gentem Scocie, necnon pro quibusdam variis negociis multum arduis tam nos quam statum totius regni nostri specialiter contingentibus parlementum nostrum apud Westmonasterium ad diem Lune proximum post diem dominicam in medio quadragesime proxime futuram tenere vobiscumque et cum ceteris prelatis magnatibus et proceribus predictis colloquium habere volumus et tractatum. Et ideo vobis mandamus quatinus dictis die et loco intersitis tractaturi, etc., premunientes decanum et capitulum, etc., quod iidem dictis die et loco intersint, etc. Teste meipso apud Westmonasterium, xiii<sup>o</sup> die Februarii, anno regni nostri Anglie vicesimo secundo, etc. Execucio istius brevis facta fuit sicut alias.

I. 148b.

A.D. 1348. Feb. 28.—Mandate to the bishop to levy from the estate of Thomas de Clonne £23 19s. 11 $\frac{3}{4}$ d. The bishop remits 20s., and reports that he has sequestered goods to the value of 20s. more, which are still unsold.

May 6.—Similar mandate to levy £22 19s. 11 $\frac{3}{4}$ d. from goods of Thomas de Clonne. The bishop excuses himself on the ground of the shortness of the notice.

April 10.—Writ to the bishop to appoint collectors of the second year's tenth from the diocese of Hereford.

Pol. 149a.

Edwardus, etc. Cum vos et ceteri prelati ac clerici Cantuariensis provincie nobis, etc., in convocatione prelatorum et cleri dicte provincie in ecclesia sancti Pauli, Londonis, in crastino sancti Jeronimi habita de vestris et ipsorum beneficiis ecclesiasticis decimam per biennium benevole concesseritis solvendam certis terminis, nos, volentes de dicta decima biennali pro secundo anno responderi juxta concessionem supradictam, vobis mandamus rogantes quod aliquos viros fidelidignos de quibus confiditis ad dictam decimam pro predicto secundo anno ad opus nostrum in diocesi vestra Herefordensi levandam et colligendam absque dilacione aliqua, si eos prius non assignaveritis, assignetis. Ita quod iidem sic assignati denarios inde provenientes ad terminos predictos ad scaccarium nostrum vel alibi ad mandata nostra nobis solvant. Et hoc sicut nos, etc. Et de nominibus illorum, etc. Teste meipso apud Westmonasterium, x<sup>o</sup> die Aprilis, anno regni nostri Anglie xxii<sup>o</sup>, etc.

June 1.—Appointment of the prior and convent of Hereford to collect the tenth due to the king.

Johannes, etc., religiosis viris, filiis in Christo dilectis, priori et conventui nostre civitatis Herefordensis, salutem. Breve domini regis recepimus in hec verba:—Edwardus, etc., *ut supra*. De vestris igitur fidelitate et industria plenam in Domino [fiduciam] reportantes ad collendum et levandum, ut premittitur, denarios de dicta decima biennali provenientes a quibuscumque personis ecclesiasticis nostre diocesis juxta dicti brevis tenorem vos specialiter assignamus, vobis districcius injungentes quatinus dictum breve, quatenus ad vos attinet, cum omni diligencia exequi et denarios de dicta decima biennali pro secundo anno in festis sancti

D. 1348.

I. 140b.

Barnabe, apostoli, et purificacionis beatissime virginis Marie proxime sequentibus per equales porciones provenientes collectos per vos et levatos una cum porcione vos contingente ad dictum scaccarium vel alibi juxta formam et exigenciam brevis predicti efficaciter solvere studeatis; ad que facienda vobis committimus vices nostras, etc. Qualiter autem, etc. Datum apud Goldhulle, prima die Junii, anno Domini ut supra, etc.; ix<sup>o</sup> die Junii, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>xlvi<sup>o</sup> apud Goldhulle certificatum fuit de nominibus collectorum decime predice sicut alias pro primo anno decime biennalis ut supra in alio quaterno precedenti.

*April 21.—The king, who has previously presented Henry de Tatton to the moiety of the church of Westbury, because the lands of Laurence de Lodelowe are now in his hands, requests the bishop not to admit him until he receives fresh instructions.*

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi, etc. Cum nuper ad medietatem ecclesie de Westbury, vestre diocesis, quam Thomas Dobyn habuit, vacantem et ad nostram donacionem spectantem ratione terrarum et tenementorum Laurencii de Lodelowe in manu nostra ex certis causis existentium, dilectum clericum nostrum, Henricum de Tattone, vobis presentaverimus rogantes quatinus ipsum Henricum ad dictam medietatem admitteretis et personam insti-tueretis in eadem, quibusdam tamen certis de causis coram nobis et consilio nostro propositis vobis mandamus quod ipsum Henricum ad eandem medietatem pretextu presentacionis nostre predicte minime admittatis quoisque aliud inde a nobis habueritis in mandatis. Teste meipso apud Westmonasterium, xxi<sup>o</sup> die Aprilis, anno regni nostri Anglie xxii<sup>o</sup>.

*May 16.—Writ forbidding the bishop to admit a parson to the church of Westbury till the suit between the king and Lawrence de Lodelow has been decided.*

Edwardus, etc. Prohibemus vobis ne admittatis personam ad ecclesiam de Westbury que vacat et ad nostram spectat donacionem, ut dicitur, et de cuius advocacione contencio mota est in curia nostra inter nos et Laurencium de Lodelowe, donec discussum fuerit in eadem curia utrum ad nos an ad predictum Laurencium pertineat ejusdem ecclesie advocacio. Teste meipso apud Westmonasterium, xvi<sup>o</sup> die Maii, anno regni nostri Anglie xxii<sup>o</sup>, etc.

A.D. 1343.

*May 20.—Mandate to the Bishop to admit Henry de Tatton to the moiety of the church of Westbury, notwithstanding the former writ of prohibition. The king's claim to present is clear, because the lands of Lawrence de Lodelawe are in his hands by reason of his outlawry at the suit of John Wyard.*

Fol. 150a.

Edwardus, etc., licet nuper dilectum clericum nostrum, Henricum de Tattone, ad medietatem ecclesie de Westbury, vacantem et ad nostram donacionem spectantem ratione terrarum et tenementorum Laurencii de Lodelowe tunc in manu nostra occasione cujusdam utlugarie in ipsum Laurencium ad sectam Johannis Wyard pro quadam transgressione eidem Johanni per prefatum Laurencium, ut dicitur, illata promulgata, existencium, vobis presentaverimus rogantes quatinus ipsum Henricum ad eandem medietatem admitteritis et personam institueritis in eadem, idem tamen Henricus ad dictam medietatem per vos nondum est admissus, ut acceperimus, in ipsius Henrici grave dampnum et contra formam et effectum presentacionis nostre predicte. Nos pro eo quod jus clarum ac bonum titulum habemus ad dictam medietatem ex causa predicta presentandi, sicut sumus plenius informati, volentes dictam presentacionem nostram de prefato Henrico sic factam effectui debito demandari, vobis mandamus quod ipsum Henricum ad dictam medietatem ecclesie de Westbury admittatis, et ulterius quod vestro in hac parte incumbit officio pro eodem Henrico fieri faciat, mandato nostro de non admittendo ipsum Henricum ad medietatem predictam, si quod vobis hactenus porrectum fuerit, aut alio mandato nostro quocumque in contrarium prius edito non obstante. Teste meipso apud Westmonasterium, xx<sup>o</sup> die Maii, anno regni nostri Anglie xxii<sup>o</sup>, etc.

*June 8.—Writ to the bishop to collect and forward to the exchequer without further remissness the monies due for the second year from the tenth granted by the clergy for two years*

Edwardus, etc. Sepius, ut meminimus, ante hec tempora vobis scripsimus ex affectu ut denarios de secundo anno de decima biennali nobis per clerum Cantuariensis provincie ultimo concessa in diocesi vestra levari, prout decuit, fecissetis, de quo in effectu, ut acceperimus, reddidistis vos tepidos hactenus et remissos, de quo miramur, vobis in fide et dilectione quibus nobis tenemini districcius quo poterimus injungimus et mandamus quatinus, pensata arduitate negotiorum nos et regnum nostrum Anglie tangencium,

D. 1348.

omnes denarios qui jam a retro fuerint de dicto secundo anno de decima predicta in diocesi vestra per deputatos vestros in eo cele- rius quo poteritis, omni excusacione cessante, colligi et levare faciatis:—ita quod nobis inde totaliter ad scaccarium nostrum in quindena nativitatis sancti Johannis Baptiste proxime futura re- spondeatur. Et nos de eo quod inde facere volueritis per litteras vestras et per latorem presencium in cancellaria nostra certificetis. Teste meipso apud Westmonasterium, viii<sup>o</sup> die Junii, anno regni nostri Anglie xxii<sup>o</sup>, etc.

*Certificate of the receipt of the writ by the bishop and his appointment of collectors of the tenth.*

Eximie discretionis et reverencie viro, domino cancellario Anglie, Johannes, etc., quicquid poterit honoris reverencie et salutis. Breve domini regis xiii<sup>o</sup> die Junii recepimus in hec verba:—Edwardus, etc., ut supra in proxime precedenti brevi. Nos igitur religiosos viros, etc., ut supra in certificatoriis de alio brevi de decima biennali.

*Certificate of the prior and convent of St. Guthlac, collectors of the tenth, to the bishop, to the effect that the clergy refused to pay before the time fixed by the grant on the ground of poverty, and so they could not effectually execute the king's writ.*

In quindena sancti Johannis de qua fit mencio in brevi proximo superius certificarunt domini prior et conventus sancti Guthlaci, Herefordie, collectores decime biennalis deputati, quod clerus diocesis Herefordensis non potuit propter carenciam facultatum prevenire seu inmutare terminos constitutos in concessione decime antedictæ et sic non potuerunt dictum breve exequi cum effectu.

*July 11.—Certificate from the bishop to the lord chancellor that the clergy, with one consent, decline to pay the tenth for the second year till it is due, and he therefore cannot obey the king's writ.*

Eximie discretionis et reverencie viro, domino cancellario Anglie, Johannes, etc. Licet nuper vos certificaverimus quod breve domini nostri regis, cuius tenor inferius continetur, de colligendo et levando omnes denarios a retro existentes de secundo anno de decima biennali eidem domino nostro per clerum Cantuariensis

A D. 1348.

provincie concessa et de respondendo de eisdem totaliter ad scaccarium ipsius domini nostri in quindena nativitatis sancti Johannis Baptiste certis collectoribus deputatis, quantum in nobis fuerit, debite execucioni demandavimus, ipsis tamen collectoribus, sicut ex eorum certificacione quam in dicta quindena sancti Johannis primo recepimus, volentibus denarios a retro existentes colligere et levare ac ipsum breve exequi juxta ipsius exigenciam et tenorem, unanimiter a clero nostre diocesis responsum fuit quod termini solucionis secundi anni nondum venerant nec poterant propter paupertatem aliquo modo terminos constitutos prevenire seu aliquatenus inmutare, et ideo de ipsis denariis de secundo anno a retro existentibus dicti collectores non possunt scaccarium sepediti domini nostri quovismodo respondere, super quo nos et ipsos habere dignemini propensius excusatos. Tenor vero suprascripti brevis talis est:—Edwardus, etc., ut supra in proximo brevi precedent. Datum apud Prestebury, xi<sup>o</sup> die Julii, etc.

*Writ to the bishop to cite Thomas de Staunton, a canon of Hereford, to appear before the king's justices at Westminster to answer the claim of the prior of Great Malvern for a debt of £31. The bishop replies that he has duly summoned the said Thomas.*

Edwardus, etc., mandamus vobis quod venire faciatis coram justiciariis nostris apud Westmonasterium in octabis sancti Michaelis Thomam de Staunton, canonicum ecclesie Herefordensis, clericum vestrum, ad respondendum priori majoris Malvernie de placito quod reddat ei quater viginti et undecim libras quas ei debet et injuste detinet, ut dicit. Et unde vicecomes noster Wygorniensis, etc. Et habeatis hoc breve. Teste J. de Stonore, apud Westmonasterium, anno regni nostri Anglie vicesimo secundo, etc. Thomam de Staunton, clericum infrascriptum, monuimus et citavimus quod compareat dictis die et loco in hoc brevi contentis ad faciendum quod idem breve exigit et requirit.

*Aug. 17.—The bishop replies to a mandate to search the registers and inform the king what bishop admitted Thomas Dobyn to the church of Westbury, in what year and on whose presentation, also when the said Thomas died, that he can find nothing about Thomas Dobyn, possibly because he may have been instituted by bishop Adam, whose registers were violently taken away and never restored. He sends extracts as to admissions to the church at Westbury from the registers of bishops Thomas and Richard, the earliest in his possession.*

1347.  
Edwardus, etc., volentes certis de causis cerciorari per quem predecessorum vestrorum, nuper episcoporum loci predicti, Thomas Dobyn, nuper persona medietatis ecclesie de Westbury, ad medietatem illam fuit admissus, et ad eius vel quorum presentacionem, et quo anno et cuius regni, sive nostri aut alterius predecessorum nostrorum, quondam regum Anglie, et quando predictus Thomas decessit, vobis mandamus quod, scrutatis registris vestris et ipsorum predecessorum vestrorum premissa contingentibus, de eo quod inde inveneritis nos in cancellarium nostram sub sigillo vestro distincte et aperte sine dilacione reddatis cerciores, hoc breve nobis remittentes. Teste meipso apud Westmonasterium, xxix<sup>o</sup> die Julii, anno regni nostri Anglie xxii<sup>o</sup>, etc. Eximie discretionis, etc., domino cancellario Anglie, Johanni, etc. Breve domini nostri regis recepimus presentibus interclusum, juxta cuius exigenciam scrutari fecimus cum diligencia registra predecessorum nostrorum in quibus de ipso Thoma Dobyn de quo in ipso brevi fit mencio nichil omnino recepimus, quia forsitan tempore bone memorie domini Ade, predecessoris nostri, admissus fuit ad medietatem ipsius ecclesie de Westbury cuius registra fuerunt violenter ablata et desperita et nunquam sibi nec successoribus suis restituta. Que vero de presentacione et admissione aliorum quorumcumque ad dictam ecclesiam in registris dominorum bone memorie Ricardi et Thome, predecessorum nostrorum, comperimus, quia de anteriori tempore nullum habemus registrum, ex abundanti sub sigillo nostro cum presentibus destinamus. In prosperitate votiva cum honoris augmento conservare dignetur Altissimus vitam vestram. Scriptum xvii<sup>o</sup> die Augosti.

151a. June 20.—Mandate to the bishop to levy £22 19s. 11 $\frac{3}{4}$ d. still owed to the king by Thomas de Clonie. He sends £1, and has goods to the value of £1 unsold.

June 2.—Writ to the bishop to cause Thomas de Radenore, a clerk, son and heir of William de Radenore, to attend before the king's justices at Westminster and answer the claim of Richard de Parys, of Hereford, for £7.

Edwardus, etc., mandamus vobis quod venire faciatis coram justiciariis nostris apud Westmonasterium a die sancti Michaelis in unum mensem Thomam de Radenore, filium et heredem Willelmi de Radenore, capellatum, clericum vestrum, ad respondentum Ricardo de Parys de Hereford de placito quod reddat

**A.D. 1348.** ei septem libras quas ei debet et injuste detinet, ut dicit. Et unde vicecomes noster, etc. Teste J. de Stonore apud Westmonasterium, secundo die Junii, anno regni nostri Anglie xxii<sup>o</sup>, etc.

**Fol. 151b.** *Sept. 5.—Mandate of the king to the bishop to permit the Papal legates in France to levy and collect procurations, notwithstanding his former prohibition.<sup>1</sup>*

*Oct. 16.—Notice to the bishop that the king has recovered by a judgment of the court from Sir Lawrence de Lodelowe the right to present to the vacant moiety of Westbury church.*

Edwardus, etc., Johanni, etc., salutem. Sciatis quod nos in curia nostra coram nobis per consideracionem ejusdem curie nostre recuperavimus versus Laurencium de Lodelowe, chivaler, presentacionem nostram ad medietatem ecclesie de Westbury vacantem et ad nostram donacionem spectantem. Et ideo vobis mandamus quod, non obstante reclamacione dicti Laurencii, ad presentacionem nostram ad medietatem ecclesie predicte ydoneam personam admittatis. Teste W. de Thorpe apud Eboracum, xvi<sup>o</sup> die Octobris, anno regni nostri Anglie xxii<sup>o</sup>, etc.

*Oct. 30.—The bishop is forbidden by writ to admit anyone to the church of Westbury, once held by Thomas Dobyn, while the suit between the king and Sir Lawrence de Lodelowe is undecided. [In form as before].*

**Fol. 152a.** *Nov. 23.—Mandate to the dean and the officials of the archdeacons to publish a forty days' indulgence granted by the bishop to all who join in devotions for the success of the king and his army in France.<sup>2</sup>*

*Oct. 10.—Writ to levy £21 19s. 11 $\frac{1}{4}$ d. from the goods of Thomas de Clonne. The bishop remits 20s. as before, and retains goods unsold to the value of 20s.*

*Nov. 20.—Writ to the bishop to attend Parliament and to cite the dean and archdeacons to appear there in person, and the clergy vnd chapter by proctors, to discuss the negociations proceeding between the king, his French opponent, and the count of Flanders.*

Edwardus, etc. Quia pro magnis et arduis negotiis inter quosdam fideles nostros ex parte nostra et quosdam magnates et

1—Printed in Rymer, *Fœdera*, III. i. 170.

2—Printed in Rymer, *Fœdera*, III. i. 176.

D. 1348.

alios ex parte adversarii nostri Francie quosdamque ex parte comitis et gentis Flandrensis jam noviter apud Calesias tractatis, necnon pro diversis aliis urgentibus negotiis, etc., parliamentum nostrum apud Westmonasterium, die Lune proxima post festum sancti Hillarii proxime futurum tenere volumus, etc., vobis mandamus quatinus, dictis die et loco in propria persona absque procuratore faciendo intersitis, etc., premunientes decanum et capitulum ecclesie vestre Herefordensis ac archidiaconos totumque clerum vestre diocesis quod ipsi decanus et archidiaconi in propriis personis suis ac dictum capitulum per unum idemque clerus per duos procuratores ydoneos, etc., intersint. Teste meipso apud Westmonasterium, xx<sup>o</sup> die Novembris, anno regni nostri Anglie xxii<sup>o</sup>, etc. Execucio istius brevis commissa fuit officialibus archidiaconorum Herefordensis et Salopsire, ut supra.

1349.

Jan. 1.—Prorogation of the Parliament summoned for the Monday after St. Hilary till the fifteenth day after Easter, in consequence of an outbreak of pestilence.

Edwardus, etc. Licet nuper pro magnis et arduis negotiis, etc., parliamentum nostrum apud Westmonasterium ad diem Lune proximum post festum sancti Hillarii proxime futurum teneri ordinaverimus, et vobis mandaverimus quod in propria persona vestra ad dictos diem et locum interassetis, quia tamen subita plaga pestilencie mortalis in loco predicto et aliis partibus circumvicinis adeo in dies invalescit quod de securo accessu hominum ad illum locum formidatur admodum hiis diebus, et proinde ob alias certas causas evidentes parliamentum predictum usque ad quindenam Pasche proxime futuram duximus prorogandum, per quod ad locum illum ad dictum diem Lune accedere vos non oporteat ista vice, vobis nichilominus mandamus quod, quacumque excusacione cessante, apud dictum locum ad quindenam predictam in propria persona intersitis, etc., premunientes decanum, etc. Teste meipso apud Westmonasterium, primo die Januarii, anno regni nostri Anglie xxii<sup>o</sup>, etc.

D. 152b.

Jan. 28.—Writ to levy £20 19s. 11 $\frac{3}{4}$ d. from the goods of Thomas de Clonne. The bishop forwards £1, and holds goods to the value of £1 more.

A.D. 1349.

*March 10.—Further indefinite prorogation of Parliament on account of the increase of the plague in London and Westminster.*

Edwardus, etc. Cum nos nuper parliamentum nostrum quod ad diem Lune post festum sancti Hillarii apud Westmonasterium summoneri fecimus pretextu pestilencie mortalis in loco predicto tunc regnantis usque ad quindenam Pasche proxime futuram duxerimus prorogandum, et quia dicta pestilencia mortalis in dicto loco Westmonasterio ac in civitate Londonensi et aliis locis circumvicinis gravius solito invalescit, quod dolenter referimus, per quod accessus magnatum et aliorum nostrorum fidelium ad dictum locum Westmonasterium nimis periculosus foret verisimiliter hiis diebus, parliamentum predictum ex causa predicta et ob certas alias causas evidentes usque ad novam premunitionem per nos inde faciendam duxerimus prorogandum, vobis significantes quod ad locum predictum causa parliamenti predicti, quo usque per nos de novo fueritis premuniti, vos accedere non oportet. Teste meipso apud Westmonasterium, x<sup>o</sup> die Marcii, anno regni nostri Anglie xxiii<sup>o</sup>, etc.

*April 13.—Writ forbidding the bishop to admit any person to the church of Acton Scott till the suit pending between William Purcel, of Northbury, and one Lawrence, a knight, as to the right of patronage, has been decided.*

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi, etc. Prohibemus vobis ne admittatis personam ad ecclesiam de Scottes Acton super montem, que vacat et de cuius advocatione contencio mota est in curia nostra inter Willelmum Purcel de Northbury et Laurencium, militem, donec discussum fuerit in eadem curia ad quem illorum pertineat ejusdem ecclesie advocacio. Teste meipso apud Langleye, xiii<sup>o</sup> die Aprilis, anno regni nostri Anglie xxiii<sup>o</sup>, etc.

*May 7.—The bishop is forbidden by writ to admit any person to the church of Onibury till the suit between Sir Reginald de Cobham and Johanna, his wife, and Nicholas Burnel as to the right to present has been decided.*

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi, etc. Prohibemus vobis ne admittatis personam ad ecclesiam de Onibury, que vacat et de cuius advocatione contencio mota est in curia nostra inter Reginaldum de Cobham, militem, et Johannam uxorem ejus et Nicholaum Burnel, donec discussum fuerit, etc. Teste meipso apud Wodestok, vii<sup>o</sup> die Maii, anno regni nostri Anglie xxiii<sup>o</sup>, etc.

D. 1349. April 30.—Mandate to levy the debt of Thomas de Clonne, now £19 19s. 11 $\frac{3}{4}$ d., with the bishop's accustomed return.

June 18.—The bishop takes measures to publish the labour ordinance, which the scarcity of labourers caused by the plague and the excessive wages they demand has induced the king and council to enact.

D. 153b. Johannes, etc., decano ecclesie nostre cathedralis Herefordensis, salutem. Breve domini nostri regis recepimus in hec verba, etc.<sup>1</sup> Teste meipso apud Westmonasterium, xviii<sup>o</sup> die Junii, anno regni nostri Anglie xxiii<sup>o</sup>, etc.

D. 154a. Mandate to the dean and archdeacons to publish the king's ordinance as to wages, prices, and almsgiving, and to warn the stipendiary clergy that they must not charge excessive fees for their service on pain of excommunication.

D. 154b. Johannes, etc., decano ecclesie nostre cathedralis Herefordensis salutem. Breve domini regis recepimus, in hec verba:—Edwardus, etc. Quocirca vobis firmiter injungendo committimus et mandamus quatinus tam in nostra ecclesia cathedrali quam in aliis ecclesiis quibuscumque vestri decanatus, neconon in civitate nostra Herefordensi ac aliis villis merchatoriis et locis vestre jurisdiccionis subjectis quibus magis videbitur expedire, diebus solemnis et festis, ac nundinis et merchatoriis temporibus quibus in eisdem solet adesse major populi multitudo, dictam ordinacionem rei publice permaxime utilem hiis diebus cum celeritate possibili in omnibus et singulis suis capitulis publicetis seu publicari faciatis exponique in vulgari; ab hujusmodi publicacione et exposicione non cessantes donec verisimiliter ad omnium et singulorum subditorum vestrorum noticiam valeat pervenire. Inhibemus eciam et per vos inhibi voluimus quibuscumque parochianis nostris in vestro decanatu constitutis sub divine et nostre malediccionis interjeccione ne quis de cetero, presenti necessitate et indigencia operariorum et serviencium durante, validis mendicantibus viris seu feminis aliquid elemosine nomine vel pro vivis vel pro defunctis in distribucionibus que communiter solent fieri pro eisdem seu alias quocumque pietatis colore erogare presumat, cum non sit maliciis hominis indulgendum, inpiumque et iniquum existat et contra apostoli sentenciam ut non laborantes manducent et in aliorum labores introeant ociosi. Moneatis eciam seu moneri faciatis omnes et

1—Statute of Labourers, printed in *Statutes of the Realm*, I., 307, 311.

A.D. 1349.

singulos capellanos stipendiarios in vestra jurisdiccione moram trahentes sub pena suspensionis et interdicti, ne pro suarum operarum locacione salarium exigant excessivum. Et si qui culpabiles in hac parte reperti fuerint, de quo volumus per vos diligenter inquire, eos ad refusionem superflui eis a quibus hoc receperint faciendam per censuras ecclesiasticas compellatis aliis ipsos penis debitibus percellendo. Datum, etc. Sub hac forma scribitur officialibus archidiaconorum Herefordensis et Salopsire mutatis mutandis.

*May 18.—The bishop is forbidden by writ to admit a parson to the church of Tedstone Delamere till the suit between John, son of Sir John de Wysham, and Richard de Bagynden as to the right to present has been heard.*

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi, etc. Prohibemus vobis ne admittatis personam ad ecclesiam de Tedesterne de la Mare, que vacat, ut dicitur, et de cuius advocatione contencio mota est in curia nostra inter Johannem filium Johannis de Wysham, chivaler, et Ricardum de Bagynden, donec discussum fuerit, etc. Teste meipso apud Wodestok, xviii<sup>o</sup> die Maii, anno regni nostri Anglie xxiii<sup>o</sup>, etc.

*July 11.—Writ forbidding the bishop to admit Roger Pagyn to the vicarage of Clun, on the presentation of the earl of Arundel, till the suit has been decided between the said earl and the king, who claims the advowson as part of the possessions of the alien priory of Wenlock.*

Edwardus, etc., Johanni, etc., salutem. Cum omnia terre et tenementa priorum alienigenarum infra regnum nostrum Anglie et terram Wallie una cum feodis militum et advocationibus ecclesiistarum existencia ratione guerre inter nos et adversarios nostros Francie mote ad nos pertineant, ac prioratus de Wenlok unde prior est alienigena una cum omnibus ad dictum prioratum spectantibus in manu nostra existat, sicque presentaciones beneficiorum vacancium et ad eundem prioratum spectancium dinoscuntur pertinere, jamque ex relatu plurium acceperimus quod Ricardus, comes Arundellie, asserens vicariam ecclesie de Clone vacantem et presentacionem ejusdem ad se pertinere debere ratione guerre predite, Rogerum Pagyn, capellanum, vobis per suas litteras patentes presentavit ad eandem; et quia in nostri et corone nostre tenderet prejudicium si prefatum Rogerum ad eandem

A.D. 1349.

vicariam admitteretis et institueretis in eadem, negocio inter nos et ipsum comitem inde in curia nostra pendente indeciso, vobis districte prohibemus ne prefatum Rogerum ad vicariam predictam admittatis, donec discussum fuerit, etc. Teste meipso apud Westmonasterium, xi<sup>o</sup> die Julii, anno regni nostri Anglie xxiii<sup>o</sup>, etc.

*July 13.—Mandate to the bishop to inform the king if he has received any fresh presentation to Clan from the earl of Arundel, and to give the exact wording of it.*

Vol. 155a.

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi, etc. Volentes certis de causis cerciorari si presentacio aliqua vobis jam de novo exhibita fuerit ad vicariam ecclesie de Clone ex parte dilecti et fidelis nostri Ricardi, comitis Arundellie, vobis mandamus quod, si sic, tunc tenorem presentacionis predicte de verbo ad verbum sub sigillo vestro nobis in cancellarium nostram sine dilacione mittatis et hoc breve. Teste meipso apud Westmonasterium, xiii<sup>o</sup> die Julii, anno regni nostri Anglie xxiii<sup>o</sup>, etc.

*Oct. 12.—Writ forbidding the bishop to hear the plea of Henry de Schipton, archdeacon of Salop, in the court of Christianity: the archdeacon, having been found guilty by the coroner's jury as an accessory to the murder of John Ace, of Ludlow, has cited John de Evesham, parson, of Ludlow, before the court of Christianity on a charge of defamation, alleging that he instructed certain of his tenants, who were on the jury, to find a verdict of guilty. Such a suit is derogatory to the king's courts.*

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi et officialibus ejus et eorum commissariis, salutem. Cum, ut acceperimus, magister Henricus de Schiptone, archidiaconus Salopsire, de consilio et auxilio mortis Johannis Ace de Lodelowe, in comitatu Hereford, ut dicitur, nequiter nuper interficti, sit solemniter judicatus, ac idem magister Henricus pro eo quod quidam homines et tenentes Johannis de Evesham, persone ecclesie de Lodelowe, inter alios homines in inquisitione ad rei veritatem de felonie predicta coram coronariis nostris comitatus predicti juxta formam sacramenti sui in hac parte prestiti cognoscendam positi fuerunt, sugerens in curia Christianitatis ipsos inquisidores ad ipsum magistrum Henricum judicandum per prefatum Johannem informatos fuisse, cum non fuerint, et sic ipsum per prefatum Johannem defamari, trahit eum inde in placitum coram vobis in curia Christianitatis in lesionem corone

A D 1349.

et dignitatis nostre et grave dampnum ipsius Johannis, sicut ex relatu plurium accepimus. Et quia nolumus quod quis pro aliquibus que pro punicione hujusmodi felonum et conservacione pacis nostre coram ministris nostris secundum legem et consuetudinem regni nostri Anglie facta sunt trahatur in placitum in curia Christianitatis seu aliqualiter pergravetur, vobis prohibemus ne placitum illud teneatis nec quicquam aliud in hac parte attemptatis, per quod juri corone nostre vel legibus aut consuetudinibus predictis derogari valeat aliquo modo. Teste meipso apud Westmonasterium, xii<sup>o</sup> Octobris, anno regni nostri Anglie xxiii<sup>o</sup>, etc.

*Nov. 2.—The bishop, requested to search his registers and inform the king by whom and on what date the late Thomas de Astele was collated to the prebend of Ewirthington, reports that Thomas was collated by Bishop Adam to the said prebend at Marcle on April 25th, 1324, that the mandate for his induction was issued the same day, but the exact time of his taking possession cannot be found.*

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi, etc. Volentes certis de causis cerciorari de cuius collacione magister Thomas de Astele, defunctus, tenuit prebendam de Ewythingtone in ecclesia vestra cathedrali Herefordensi, dum vixit, et quibus anno et die collacio sibi inde facta fuit et ipse possessionem ejusdem adeptus, vobis mandamus quod, scrutatis registro vestro ac registro Ade de Orleton, nuper episcopi, neconon aliorum episcoporum loci predicti, predecessorum vestrorum, in custodia vestra, ut dicitur, existentibus, de eo quod inde inveneritis nos reddatis cerciores, etc. Teste meipso apud Westmonasterium, xii<sup>o</sup> die Octobris, anno regni nostri Anglie xxii<sup>o</sup>, etc.

Reverendo, etc., Johanni, Dei gratia Menevensi episcopo, Anglie cancellario, Johannes, etc. Breve regium ultima die mensis Octobris, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>xlix<sup>o</sup> apud Sugwas receperimus presentibus interclusum; cuius auctoritate brevis, registro bone memorie domini Ade, predecessoris nostri, per nos diligencius perscrutato, in eodem reperimus contineri quod prebenda de Ewythyntone per dictum patrem dominum Adam, tunc episcopum Herefordensem, collata fuit magistro Thome de Astele, defuncto, apud Marcle xxv<sup>o</sup> die Aprilis, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>xxiiii<sup>o</sup>, et eodem die scripsit idem venerabilibus patribus, decano et capitulo dicte ecclesie cathedralis, ut moris est, ad inducendum eundem in corporalem possessionem prebende memorate, set quo tempore vel quo die adeptus fuit

B. 1349.

possessionem dicte prebende non continetur in eodem. Paternitatem vestram reverendam diutissime conservet in prosperis clemencia redemptoris. Datum apud Sugwas, ii<sup>o</sup> die Novembris, anno Domini supradicto, etc.

Nov. 6.—Whereas the rolls of the Chancery shew that the king's father, while he was in possession of the temporalities of the see of Hereford, collated Thomas de Astele to the prebend of Ewithington, but contain no record of any mandate to bishop Adam to admit or install him, the king requests the bishop to search his registers and inform him by what title Thomas claimed to be admitted to the prebend and to hold it afterwards.

A. 155b.

Edwardus, etc. Cum nos, nuper certis de causis cerciorari ex cuius collacione magister Thomas de Astele defunctus tenuit prebendam de Ewythyntone in ecclesia vestra Herefordensi et quibus anno et die volentes, etc., vobis mandaverimus quod, scrutato registro vestro et registro Ade de Orleton, de eo quod inde inveneritis nos redderetis cerciores, ac vos nobis significaveritis quod in registro dicti Ade reperuistis contineri quod prebenda predicta collata fuit Thome de Astele, xxv<sup>o</sup> die Aprilis, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>xxiiii<sup>to</sup>, etc., et quia per inspeccionem rotulorum cancellarie nostre nobis constat quod dominus Edwardus, nuper rex Anglie, pater noster, xviii<sup>o</sup> die Aprilis, anno regni sui xviii<sup>o</sup> quamdam collacionem fecit eidem Thome de prebenda predicta ad tunc vacante et ad suam collacionem spectante, ratione temporalium episcopatus predicti in manu dicti patris nostri per consideracionem curie sue existencium, set in eisdem rotulis nullatenus continetur quod dictus pater noster litteras suas mandavit eidem Ade episcopo quod ipse prefatum Thomam ad prebendam predictam admitteret et ei stallum in choro et locum in capitulo ratione ejusdem prebende assignaret, volentes cerciorari si idem Thomas ante datam collacionis sibi per dictum patrem nostrum de eadem prebenda facte juri et possessioni que habuit in eadem ex collacione prefati Ade episcopi renunciaverit vel eam in manum suam resignaverit, idemque Thomas ad eandem prebendam postmodum ad collacionem dicti patris nostri per eundem Adam episcopum admissus fuerit necone, et si sic, tunc quando, qualiter, et quo modo, et quo titulo idem Thomas tempore mortis sue prebendam illam tenuit, vobis mandamus quod, scrutatis tam registro predicti Ade episcopi quam vestro et aliorum, predecessorum vestrorum, in custodia vestra

A.D. 1349.

existentibus, de eo quod inde inveneritis nos, etc., reddatis cerciores, etc. Teste meipso apud Westmonasterium, vi<sup>o</sup> die Novembris, anno regni nostri Anglie xxii<sup>o</sup>, etc. Certificatum fuit sicut alias.

*Dec. 13.—Writ to the bishop to levy £19 19s. 11<sup>3</sup>d. still owed by Thomas de Clonne to the king. The bishop sends 20s., and reports that he shall be unable to levy more, as Thomas died before the receipt of the writ.*

*Dec. 19.—Mandate to the bishop to sequestre the benefices of Simon de Brisel and certain other clerks who remain at the Roman court and refuse to appear to answer before the king and his council charges of notorious offences against the realm of England. The bishop's return states that they hold no benefices in his diocese.*

Fol. 156a.

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi, etc. Cum nuper ex certis et evidentibus causis de assensu consilii nostri per litteras nostras mandaverimus quamplurimis clericis nostris regni nostri Anglie in curia Romana tunc persistentibus sub forisfactura omnium que nobis forisfacere possent quod se ab inde festinantes in regnum nostrum predictum diverterent, ita quod essent coram nobis et consilio nostro ante festum natalis Domini proxime preteritum ad respondendum nobis super aliquibus per ipsos tam in nostri et dicti regni nostri prejudicium et dampnum quam in dedecus et scandalum totius Anglicane nationis notorie attemptatis, et, licet dicti clericci hujusmodi litteras nostras tempore congruo et diu ante dictum festum receperint, ipsi tamen in dictum regnum nostrum Anglie ante dictum festum venire et dictis mandatis nostris obedire non curarunt in nostrum contemptum manifestum, unde plurimum conturbamur. Et quia nolumus hujusmodi contemptus et inobedientias preterire impunitos, nec est racioni consonum quod qui contra regnum delinquunt commodum percipiant de eodem, per quod de assensu et avisamento procerum et aliorum de consilio nostro ordinatum existit quod dicti clericci qui sic nobis et mandato nostro hujusmodi rebelles et inobedientes fuerunt per corpora sua de tempore in tempus cum in regnum nostrum Anglie venerint attachientur et sub salva custodia ad voluntatem nostram detineantur, et quod tam propter contemptus hujusmodi quam propter enormes excessus per ipsos notorie perpetratos fructus quorumcumque beneficiorum suorum tanquam nobis manifeste rebellium et inobedientium per locorum ordinarios

D. 1349. sequestrentur et nobis inde respondeatur, quo usque iidem rebelles ad presenciam nostram redeuntes super contemptibus et excessibus hujusmodi justiam receperint coram nobis; vobis mandamus quod omnes fructus beneficiorum magistri Symonis de Brisel, magistri Symonis de Sageo, Nicholai de Hethe, Rogeri de Holme, Rogeri de Shebrok, et Johannis de Harewell in diocese vestra qui, receptis mandatis nostris ut predictum est, prout plenius sumus informati, eisdem mandatis obedire et coram consilio nostro ante festum predictum venire aut infra dictum regnum nostrum Anglie hactenus redire contempserunt, sine dilacione sequestrari et nobis de valore eorundem fructuum responderi faciatis, quo usque aliud a nobis inde habueritis in mandatis, et que beneficia iidem Symon, Symon, Nicholaus, Rogerus, Rogerus, et Johannes in diocesi vestra habuerint et quos et cujusmodi fructus in eisdem beneficiis inveneritis et sequestrari feceritis nos in cancellarium nostram cum celeritate commoda distincte et aperte certificatis. Teste me ipso apud Westmonasterium, xxix<sup>o</sup> die Decembris, anno regni nostri Anglie xxiii<sup>o</sup>, etc. Verum quia, habita diligentia inquisitione, comperimus quod magistri Symon, Symon, Nicholaus, Rogerus, Rogerus, et Johannes, clericu superius nominati, in diocesi nostra beneficia ecclesiastica non habent nec aliquis eorum beneficium ecclesiasticum optinet, fructus beneficiorum ipsorum vel alij eorum sequestrare non potuimus aut facere sequestrari.

D. 1350. Feb. 11.—Mandate to the bishop to find by inquisition what goods and chattels Thomas de Clonne, who owed the king £18 19s. 11*½*d. at the time of his death, left at his rectory at Hopesay or elsewhere.

I. 156b. Edwardus, etc., Johanni, episcopo Herefordensi, salutem. Quia Thomas de Clonne persona ecclesie de Hope Say qui diem suum clausit extreum, ut accepimus, tenebatur nobis die quo obiit in xviii l. xix s. viii d. ob. q. de arreragiis, etc., vobis mandamus quod per sacramentum virorum ecclesiasticorum de diocese vestra diligenter inquire faciatis que et cujusmodi bona et catalla idem Thomas habuit die quo obiit tam apud rectoriam suam predictam quam alibi in dicta diocesi vestra, et ad cujus vel quorum manus post mortem ejusdem Thome devenerunt, et in cujus vel quorum manus nunc existant et de eisdem bonis sequestrari faciatis in manum nostram ad valenciam debiti predicti, indeque levari faciatis debitum illud indilat; ita quod illud habeatis apud scac-

A.D. 1350.

carium nostrum apud Westmonasterium a die Pasche in xv dies per aliquem de vestris nobis solvendum, constare facientes tunc ibidem de toto facto vestro in premissis. Et remittatis ibi tunc hoc breve. Teste W. de Brocklesby apud Westmonasterium, xi<sup>o</sup> die Februarii, anno regni nostri Anglie vicesimo quarto, etc. Presens breve xxvi<sup>o</sup> die mensis Marcii proxime preterito apud Prestebury, Wygorniensis diocesis, recepimus quod propter brevitatem temporis et distanciam loci ac processum juxta exigenciam ejusdem brevis faciendum debite non potuimus execucioni demandare.

*April 17.—Mandate to the bishop to sequestrate all the goods of Nicholas Hethe, who is said to have a portion in Ledbury church. The sheriffs of London have a warrant to arrest the said Nicholas for grave offences against the Crown, and as he refuses to surrender, his goods are forfeited. The bishop replies that Nicholas may have obtained a provision of a portion in Ledbury church from the pope, but has not been admitted to it, and has no goods in the diocese.*

Edwardus, etc., Johanni, etc., salutem. Cum magister Nicholaus de Hethe de diversis transgressionibus et contemptibus nobis et corone nostre enormiter factis in curia nostra coram nobis est impeditus, per quod vicecomitibus nostris Londoniensibus pluries precepimus quod caperent ipsum Nicholaum, si inventus fuerit in balliva sua, et eum salvo custodirent; ita quod haberent corpus ejus coram nobis ad certos dies jam preteritos ad respondendum nobis de contemptibus predictis, qui quidem Nicholaus subterfugia querens in locis privatis latitat et coram nobis ad dies illos venire non curavit, per quod in eadem curia nostra consideratum est propter defaltas et contumacias suas quod omnia bona et catalla ipsius Nicholai tam spiritualia quam temporalia in manum nostram capiantur et seariantur, jamque nobis datum est intelligi quod predictus Nicholaus beneficiatus est in vestra diocese ad quamdam porcionem in ecclesia de Hereford vocatam Ledebury, ubi idem Nicholaus habet bona et catalla ad summam non modicam et alibi in predicta diocesi; vobis mandamus quod omnia bona et catalla predicti Nicholai spiritualia ibi vel alibi in diocesi vestra omnibus viis et modis quibus vobis constare poterit in manum nostram capi et seisiiri faciatis, et que alia bona et catalla idem Nicholaus habet alibi in diocesi vestra et ibidem et eciam de valore eorum nobis in octabis sancte Trinitatis, ubicumque tunc fuerimus in Anglia, certificetis, hoc breve nobis ad tunc remittentes.

D. 1350.

Teste W. de Thorp apud Westmonasterium, xvii<sup>o</sup> die Aprilis, anno regni nostri Anglie xxiiii<sup>o</sup>, etc. Nescimus an dominus papa providerit infrascripto Nicholao de Heth de porcione in ecclesia de Ledebury de qua in hoc brevi fit mencio, set scimus quod dictus Nicholaus adhuc non est adeptus possessionem dicte porcionis nec aliqua bona vel catalla habet ibidem vel alibi in diocesi nostra.

*April 13.—Mandate to the bishop to sequestrate the goods of Thomas de Clonne, deceased, as before. The bishop's return states that he has found by an inquisition that Thomas left goods to the value of £6, which his successor, John de Westdene, now rector of Hopesay, received as due to him. There are no goods belonging to Thomas de Clonne or the said John which can be sequestered.*

I. 157a.

Edwardus, etc., Johanni, etc. Quia Thomas de Clonne, persona ecclesie de Hopeseye, etc., tenebatur nobis die quo obiit in xviii l. xix s. xi  $\frac{3}{4}$  d. de arreragiis, etc., vobis mandamus quod inquiri faciatis que bona et catalla idem Thomas habuit, etc., et de eisdem sequestrari faciatis ad valenciam debiti predicti indeque levari faciatis debitum illud, etc. Teste G. de Wilford apud Westmonasterium, xiii<sup>o</sup> Aprilis, anno regni nostri Anglie xxiiii<sup>o</sup>, etc. Juxta tenorem hujus brevis inquiri fecimus ac per inquisicionem factam invenimus quod dictus Thomas die quo obiit habuit diversa bona estimata ad valenciam sex librarum que Johannes de Westdene, nunc ipsius ecclesie rector, ante receptionem istius brevis recepit et habuit pro taxa ecclesie de jure sibi debita, nec aliqua bona invenire possumus ipsius defuncti Thome vel Johannis, nunc rectoris in ipsa ecclesia, vel alibi in diocesi nostra que in presenti potuimus sequestrare.

*June 6.—The bishop, interrogated by the king whether benefices reserved for the disposition of the Apostolic See can be legally filled till the pope appoints to them, or are to be considered vacant, replies that it depends on the form of reservation and the manner of the vacancy.*

Edwardus, etc., Johanni, etc. Volentes quibusdam de causis nos tangentibus cerciorari si beneficia disposicioni sedis Apostolice reservata per prelatos vel alias patronos ecclesiasticos de jure conferri valeant et si de jure vacancia debeant reputari quousque dominus summus pontifex providerit de eisdem necne, vobis mandamus quod nos inde in cancellarium nostram sine dilacione per

A.D. 1350.

litteras vestras patentes sigillo vestro signatas reddatis distinete et aperte cerciores, hoc breve nobis remittentes. Teste meipso apud Westmonasterium, anno regni nostri Anglie xxiiii<sup>o</sup>, etc. Reverendo, etc., Johanni, Dei gracia episcopo Wygorniensi, Anglie cancellario, Johannes, etc. Breve domini nostri regis presentibus annexum v<sup>to</sup> die mensis Junii apud Westbury recepimus et de contentis in eodem juxta modicam deliberacionem quam in presenti habuimus sic sentimus quod an beneficia disposicioni sedis Apostolice per prelatos et alias patronos ecclesiasticos conferri poterunt et an censemur beneficia reservata de jure vacare quounque sedes predicta disponuerit de eisdem, quantum ad patronos ecclesiasticos pertinet, ex forma reservationis et vacacionis modo dependet. Datum apud Westbury, vi<sup>o</sup> die Junii, anno Domini supradicto, etc.

*June 25.—The bishop, in reply to the king's questions as to the successor of Itherius de Concreto in his portion in Ledbury church, states that nothing can be gathered from the registers, but that the archbishop of Dublin, who once held the portion, can give full information.*

Fol. 157b.

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi, etc. Volentes quibusdam de causis nos tangentibus cerciorari de nomine porcionarii porcionis de Overhalle in ecclesia de Ledebury qui magistro Itherio de Concreto, nuper porcionario ejusdem porcionis, immediate successit, et ad cuius collacionem et per quem dictus porcionarius prefato Itherio sic succedens ad eandem porcionem admissus, et quo titulo, et quo anno et quo die installatus fuit in eadem, necnon quo die bone memorie Thomas, nuper episcopus loci predicti, predecessor vester immediatus, obiit, vobis mandamus quod nos inde in cancellaria nostra, etc., reddatis cerciores, etc. Teste meipso apud Westmonasterium, xii<sup>o</sup> die Junii, anno regni nostri Anglie xxiv<sup>o</sup>, etc. Ad contenta in brevi presentibus annexo dicimus seu respondemus quod quis in porcione de Overhalle magistro Itherio de Concreto, etc., immediate successit, seu ad cuius collacionem immediatus ipsius successor, vel per quem prefato Itherio sic succedens ad eandem porcionem admissus fuit, vel quo titulo, seu quo anno vel die installatus fuit in eadem, in registro predecessoris nostri, cum tamen ipsum diligenter scrutari fecerimus, nullatenus potuimus invenire. Venerabilis tamen pater, dominus Johannes de sancto Paulo, nunc archiepiscopus Dublinensis, ipsam toto tempore nostro usque ad consecrationem suam occupavit; qui celsitu-

D. 1350.

dinem regiam de omnibus premissis noverit plenius informare. Bone memorie dominus Thomas, immediatus predecessor noster, ut accepimus a suis quondam familiaribus, xi<sup>mo</sup> die Januarii, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>xliii<sup>o</sup>, diem clausit extremum. Datum apud Bromfelde, xxv<sup>o</sup> die Junii, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>l<sup>mo</sup>.

*Mandate to the Shropshire collectors of the aid for making the king's eldest son a knight, to forego their demand on the bishop as tenant of the manor of Bishop's Castle, because he holds all his temporalities from the king by the service of five knights' fees, and has paid the collector.*

Rex, etc., dilectis et fidelibus suis Laurencio de Lodelowe et Willelmo de Cayntone, collectoribus auxilii nobis ad primogenitum filium militem faciendum anno regni nostri Anglie xx<sup>mo</sup> in comitatu Salopiensi concessi, salutem. Licet per compotum per vos nuper redditum ad scaccarium nostrum de auxilio predicto nobis teneamini in viii li. xix s. xi d. o. q., de quibus inter cetera vos, prefate Laurenci, alias, videlicet in quindena sancti Hillarii proxime preterita, asseruistis nobis deberi vi li. per episcopum Herefordensem tenentem manerium de Castro Episcopi de Lydebury per servicium trium feodorum militum, prout per quamdam inquisicionem coram vobis inde captam ad tunc ostensam plenius apparuit, et vobis super hoc injunxerimus quod predictas vi li. inter alia dicta arreragia de terris et catallis predicti episcopi levari faceretis; ita quod eas haberetis apud scaccarium nostrum a die Pasche proxime futura in xv dies nobis solvendas. Quia tamen idem episcopus per attornatum suum coram nostro consilio jam comparens clamat se tenere, et predecessores suos episcopos dicti loci semper hactenus tenuisse, omnia temporalia sua ad dictum episcopatum spectancia per servicium quinque feodorum militum tantum, pro quibus quinque feodis solvit nobis per manus collectorum dicti auxilii in comitatu Herefordensi x li. per litteras acquietancie ipsorum collectorum quas penes se habet, ut dicit, et quas ad dictam quindenam Pasche ad scaccarium predictum ostendere et ad exoneracionem suam de predictis sex libris prosequi assumpsit, vobis mandamus quod demande quam facitis prefato episcopo de predictis sex libris interim supersedeatis et districcionem, si quam ei ea occasione feceritis, interim relaxetis eidem. Teste thesaurario per rotulos marescallie de temporibus regnorum Edwardi patris et regis Edwardi avi regis nunc in Scocia et ipsius regis avi in

A.D. 1350.

Fol. 158a.

Wallia in quibus annotatur quod episcopus Herefordensis quandoque fecit servicium suum et quandoque fecit finem pro eodem servicio pro quinque feodis militum tantum. Et per ipsum thesaurarium et alios de consilio ista sunt que inveniunter, videlicet in rotulo de serviciis factis in Wallia anno x<sup>mo</sup> avi. Episcopus Herefordensis recognovit servicium quinque feodorum militum. In rotulo de servicio Scocie anno xv<sup>mo</sup> patris consimili modo. In rotulo de servicio in Wallia anno quinto avi eodem modo. In rotulo de finibus pro servicio Scocie de anno xxxiiii<sup>o</sup> avi. Episcopus Herefordensis fecit finem pro C marcis pro servicio quinque feodorum.

*Aug. 8.—Mandate to the bishop to relax any sequestration he may have made of the benefices of Nicholas Heth, for whose appearance before the king's courts William de Rothwell, clerk, and Henry de Schipiton, archdeacon of Salop, have now gone bail.*

Edwardus, etc. Licet nuper vobis mandaverimus quod omnia bona, fructus, et proventus beneficiorum Nicholai de Hethe, clerici, qui de quibusdam contemptibus et excessibus nobis per ipsum, ut dicitur, factis coram nobis impetratus existit, in diocesi vestra existencium sequestrari et in manu nostra seisiri et salvo custodiri faceretis, quounque aliud a nobis inde habueritis in mandatis, quia tamen Willelmus de Rothwell, clericus, et Henricus de Schiptone, archidiaconus Salopsire, manuceperunt, videlicet quilibet eorum in solidum, pro predicto Nicholao de respondendo nobis de bonis, fructibus, et proventibus predictis ad mandatum nostrum et de habendo corpus predicti Nicholai coram nobis in octabis sancti Michaelis proxime futuris ad respondendum nobis de contemptibus et excessibus predictis, vobis mandamus quod sequestrum per vos in bonis, fructibus, et proventibus beneficiorum predicti Nicholai in diocesi vestra sic interpositum relaxari faciatis et ipsum Nicholaum inde disponere permittatis, prout sibi melius videbitur expedire. Teste meipso apud Rotherheithe, viii<sup>o</sup> die Augusti, anno regni nostri Anglie xxiiii<sup>o</sup>, etc.

*Feb. 24.—Writ of summons to Parliament is issued to the bishop and his clergy.*

Edwardus, etc., Johanni, etc. Quia pro quibusdam arduis, etc., parliamentum nostrum apud Westmonasterium in octabis purifica-

D. 1350.

cionis beate Marie, virginis, proxime futuris tenere volumus, etc., vobis mandamus quatinus dictis die et loco personaliter intersitis, etc. Premunientes decanum et capitulum ecclesie vestre Herefordensis ac archidiaconos totumque clerum vestre diocesis quod iidem, etc., intersint, etc. Teste meipso apud Westmonasterium, xxiiii<sup>o</sup> die Februarii, regni nostri Anglie xxiiii<sup>o</sup>, etc.

D. 1351.

*Feb. 14.—Notice to the bishop that the king has recovered in the courts the right to present to the vicarage of Dorstone, against the prior of Clifford and Hugh le Northern.*

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi, etc. Sciatis quod nos in curia nostra coram justiciariis nostris apud Westmonasterium per consilium ejusdem curie nostre recuperavimus presentacionem nostram versus priorem de Clifford et Hugonem le Northerne ad vicariam ecclesie de Dorstone. Et ideo vobis mandamus quod non obstante reclamacione predictorum prioris et Hugonis ad presentacionem nostram ad predictam vicariam ydoneam personam admittatis. Teste J. de Stonore apud Westmonasterium, xiii<sup>o</sup> die Februarii, anno regni nostri Anglie xxv<sup>o</sup>, etc.

*Entry in the victualling account of Symon Basset, sheriff of Gloucester, of corn bought from the bishop of Hereford and not paid for.*

J. 158b.

Symon Basset, vicecomes Gloucestrie, computavit de victualibus per ipsum emptis annis xix<sup>o</sup> et xx<sup>o</sup>, per quem compotum habet superplusagium de Cxxxiv li. vii d. o. q., e quibus subtrahuntur xxxvii li. vii s. i.d. qui debentur diversis hominibus pro diversis victualibus ab eis emptis, quorum hominum nomina, particule et summe victualium ab eis empte, ac precium eorundem continentur in quadam cedula rotulo de particulis compoti predicti consulta. Et in dicta cedula que titulatur sic:—Frumentum captum et provisum per vicecomitem pro quo non solvit; annotatur sic: E episcopo Herefordensi xiii quartaria, precium quartarii iiis.; per talliam contra dictum frumentum, unde contratallia invenitur inter dictas particulas compoti dicti vicecomitis.

*Note from the records that the bishop has been relieved by writ from giving a return of the benefices belonging to Brusel and his fellow defaulters.*

Johannes Trillek, episcopus Herefordensis, oneratus de compoto de valore fructuum beneficiorum magistri S. Brusel, magistri S. de

A.D. 1351.

Sagio, N. de Heth, Rogeri de Holm, Rogeri de Shebrok, et Johannis de Harewell, eo quod ipsi mandatis regis parere noluerunt, xxix<sup>o</sup> die Decembris, rotulo xxvi<sup>o</sup> exoneratus est de dicto compoto per breve inter communia de termino sancti Hillarii anno xxv<sup>to</sup>. E originalibus de anno xxiii<sup>o</sup> regis Edwardi tertii.

*May 12.—Mandate to the bishop to cause the prior of Llanthony by Gloucester to appear before the barons of the Exchequer to answer the plea that he detains £4 13s. 4d., the arrcars of a pension due to the priory of Andewell, now in the king's hands.*

Edwardus, episcopo, etc. Quia vicecomes noster comitatus Herefordie retornavit ad scaccarium nostrum a die Pasche in tres septimanas proxime preteritas quod prior Lanthonie juxta Gloucestriam clericus est et beneficiatus in diocesi vestra et nullum habet laicum feodum in comitatu predicto per quod potest attachiari, vobis mandamus quod venire faciatis coram baronibus de scaccario nostro apud Westmonasterium in crastino sancti Johannis Baptiste prefatum priorem ad respondendum nobis et priori de Andewell, alienigene, firmario nostro prioratus predicti, de iiiii li. xiiii s. iiiii d. de arreragiis cuiusdam annue pensionis xlvi s. viii d. de qua idem prior de Andewell versus nos oneratur infra extentam terrarum et possessionum ejusdem prioratus in manu nostra et in custodia dicti prioris de Andewell pro certa firma nobis inde annuatim ad scaccarium nostra reddenda existentem, et quos iiiii li. xiiii s. iiiii d. prefatus prior de Lanthonia nobis et prefato priori de Andewell injuste detinet, ut dicit, sicut rationabiliter monstrare poterit, quod inde respondere debet. Et habeatis ibi hoc breve. Teste G. de Wilford apud Westmonasterium, xii<sup>o</sup> Maii, anno regni nostri Anglie xxv<sup>to</sup>, etc. Priorem de Lanthonia, clericum infrascriptum, monuimus et citavimus quod compareat coram vobis die et loco in hoc brevi contentis ad faciendum quod idem breve requirit.

*Sept. 1.—The bishop, requested to make a return of aliens having benefices in his diocese, sends his former return, with the addition of William de Savernak, portioner of Bromyard, in the place of Sir William, vicar of Dixton, deceased.*

Edwardus, etc., volentes certis de causis cerciorari de nominibus omnium et singulorum alienigenarum, tam cardinalium quam aliorum, in diocesi vestra beneficiorum, et que et quot beneficia

D. 1551.

singuli eorum tenent, et de valore eorundem, et qui super beneficiis suis morantur et resident, et qui non, et in quibus archidiaconatibus hujusmodi beneficia existunt, vobis mandamus quod, habita super premissis viis et modis quibus melius expedire videritis inquisizione diligent, nos inde sub sigillo vestro citra quindenam sancti Michaelis proxime futuram vel in eadem quindenam ad ultimum reddatis distincte et aperte cerciores, hoc breve nobis remittentes. Teste meipso apud Turrim Londoniensem, primo die Septembris, anno regni nostri Anglie xxv<sup>o</sup>, etc. Returnus istius brevis fuit sicut alias in precedenti quaterno, excepto quod loco domini Willelmi, vicarii de Dukestone, defuncti, inserebatur nomen magistri Willelmi Savernak, porcionarii in ecclesia de Bromyord, et porcio sua taxatur ad xxv marcas et non residet.

Oct. 3.—*Writ to the bishop to appoint collectors of the tenth granted by the clergy, for the first year. The return states that the prior and convent of St. Guthlac's, Hereford, have been deputed.*

Edwardus, etc., Johanni, etc., salutem. Cum vos et ceteri episcopi ac totus clerus Cantuariensis provincie in ultima convocatione in ecclesia sancti Pauli, Londoniis, auditis periculis, etc., decimam biennalem de beneficiis vestris ad quattuor terminos solvendam, etc., sub certa forma concesseritis in auxilium sumptuum et expensarum predictorum, prout in certificacione venerabilis patris, Stephani, archiepiscopi Cantuariensis, inde confecta et nobis missa plenius continetur, nos, volentes de denariis de dicta decima biennali ad terminos predictos prompctius responderi, vobis mandamus quod aliquos de diocesi vestra ad dictam decimam nobis sic concessam pro primo anno in dicta diocesi vestra colligendam et levandam deputari et assignari faciatis, nos de nominibus, etc., certificantes. Teste meipso apud Turrim Londoniensem, primo die Septembris, anno regni nostri Anglie xxv<sup>to</sup>, etc. Ultima die mensis Septembris, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>li<sup>m</sup>e, dominus deputavit priorem et conventum sancti Guthlaci, Herefordie, collectores decime supradicte et iii<sup>o</sup> die Octobris certificavit dominum cancellarium Anglie dictos priorem et conventum fuisse deputatos per eum in diocesi sua ad colligendum et levandum decimam supradictam.

A.D. 1351.

*Nov. 15.—Summons to the bishop and his clergy to attend Parliament.*

Edwardus, etc., Johanni, etc., salutem. Quia pro quibusdam arduis, etc., parliamentum nostrum apud Westmonasterium, die Veneris in festo sancti Hillarii proxime futuro tenere, etc., volumus, vobis mandamus quatinus dictis die et loco personaliter intersitis tractaturi, etc. Premunientes decanum et capitulum ecclesie vestre Herefordensis ac archidiaconos totumque clerum vestre diocesis quod iidem, etc. Teste meipso apud Westmonasterium, xv<sup>o</sup> die Novembris, anno regni nostri Anglie vicesimo quinto, etc. Commissio ad exequendum istud breve facta fuit magistro Johanni de la More sicut alias.

A.D. 1352.

*Feb. 15.—Notice to the bishop that the king has recovered in the courts against Nicholas de Heth the right to present to the prebend of Hunderton.*

FOL. 159b.

Edwardus, etc., Johanni, etc., salutem. Sciatis quod nos in curia nostra coram justiciariis nostris apud Westmonasterium per consideracionem ejusdem curie nostre recuperavimus presentacionem nostram versus Nicholaum de Hethe ad prebendam de Hunderton in ecclesia sancti Ethelberti, Herefordie. Et ideo vobis mandamus quod, non obstante reclamacione predicti Nicholai, ad presentacionem nostram ad prebendam predictam ydoneam personam admittetis. Teste J. de Stonore apud Westmonasterium, xv<sup>o</sup> die Februarii, anno regni nostri Anglie xxvi<sup>to</sup>, etc.

*Jan. 26.—Writ to the bishop to distrain on the benefice of Symon de Sudbury, to secure payment of £8 due from a manor at Moreton, once William de Montfort's, arrears of a tenth granted to the king by the pope.*

Edwardus, etc., ut supra. Quia de illis xxiiii li. xviii s. vii d. qui nobis debentur ad scaccarium nostrum de arreragiis decime quadriennalis per Johannem, papam xxii<sup>m</sup>, reservate et nobis pro medietate concesse in diocesi Herefordie viii li. sunt contingentes manerium quondam magistri Willelmi de Monteforti apud Mortone, de quibus quidem denariis nobis nondum est satisfactum, prout per inspeccionem rotulorum de scaccario nostro nobis constat, vobis mandamus quod distringatis Symonem de Sutbury, possidentem temporalia de Mortone, per omnia bona et beneficia sua ecclesiastica in diocesi vestra; ita quod sit coram baronibus

D. 1352.  
de scaccario nostro apud Westmonasterium in crastino clausi Pasche ad respondendum et satisfaciendum nobis de viii li. supradictis. Et remittatis tunc hoc breve. Teste G. de Wilford apud Westmonasterium, xxvi<sup>o</sup> die Januarii, anno regni nostri Anglie xxvi<sup>o</sup>, etc.

May 14.—*Repetition of the writ relating to Morton.*

June 18.—*Writ to the bishop to relax the sequestration of the portion of Bromyard church held by William de Savenaco, who has shewn himself to be a born liegeman of the king, sprung from the duchy of Aquitaine, and no alien.*

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi, etc. Ex parte dilecti nobis Willelmi de Savenaco, prebendarii cujusdam porcionis in ecclesia collegiata de Bromyorde, nobis est ostensum quod, licet ipse de ligancia nostra existat in ducatu nostro Aquitanie oriundus, vos nichilominus, pretendentes ipsum Willelmum inimicis nostris Francie adherere et de eorum obediencia existere, fructus et proventus porcionis sue predicte ea occasione sequestrari et sub sequestro hujusmodi detineri fecistis in ipsius Willelmi dampnum non modicum et gravamen, super quo nobis supplicavit sibi per nos remedium adhiberi, nos pro eo quod coram nobis et consilio nostro testificatum quod idem Willelmus liegeus homo noster existit, in ducatu nostro predicto, ut premittitur, oriundus, nolentes ipsum in hac parte indebitate pregravari, vobis mandamus quod sequestrum, si quod in fructibus ac proventibus porcionis sue occasione premissa apponi feceritis, id sine dilacione relaxari faciatis. Et si quid inde per vos aut vestrum receptum aut levatum fuerit, id ei restitui faciatis indilate. Teste meipso apud Westmonasterium, xviii<sup>o</sup> die Junii, anno regni nostri Anglie xxvi<sup>o</sup>, etc.

J. 160a.  
July 20.—*Summons of the bishop to Parliament.*

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi, etc. Quia pro magnis, etc., apud Westmonasterium in crastino assumptionis beate Marie, virginis, proxime futuro colloquium habere volumus et tractatum, vobis injungimus et mandamus quod dictis die et loco per vos vel ydoneum procuratorem vestrum intersitis, etc. Teste meipso apud Westmonasterium, xx<sup>o</sup> die Julii, anno regni nostri Anglie xxvi<sup>o</sup>, etc. [Margin] Receptum apud Sugwas, iii<sup>o</sup> die Augusti, presentatum per Alanum de Byrley, nuncium domini regis.

A.D. 1352.

*Nov. 12.—Commission to the prior and convent of St. Guthlac's to levy the second year's tenth.*

Die xii<sup>o</sup> Novembris, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>lvi<sup>o</sup>, facta fuit commissio priori et conventui sancti Guthlac, Herefordie, ad levandum et colligendum decimam biennalem de secundo anno sicut alias. Et certificacio facta fuit eodem die de nominibus deputatorum ad hujusmodi decimam colligendam et levandam.

*Dec. 6.—Writ to the bishop to levy £8 from the temporalities of Symon de Sudbury as before; his return states that he has sequestered goods to the value of 20s.*

*Oct. 20.—Writ to the bishop to appoint collectors of the second year's tenth granted to the king, as the conditions the clergy attached to their consent have been fulfilled.*

Edwardus, etc., Johanni, etc. Cum vos ac ceteri episcopi totusque clerus vestre diocesis in ultima convocatione in ecclesia sancti Pauli, Londoniis, celebrata, auditis periculis, etc., decimam biennalem, unam simpliciter et aliam sub certis condicionibus, de beneficiis vestris ad quattuor terminos, etc., concesseritis, et quia condiciones super concessione decime predicte pro dicto secundo anno a nobis per clerum petite in ultimo parlimuento nostro complete fuerunt et per dictum clerum acceptate, nos, volentes de decima predicta pro secundo anno adhuc futuro ad dicta festa responderi, vobis mandamus quod aliquos ad decimam predictam in vestra diocesi colligendam et levandam deputari et assignari faciatis, de nominibus eorundem deputatorum thesaurario et baronibus de scaccario nostro sub sigillo vestro certificantes. Teste meipso apud Westmonasterium, xx<sup>o</sup> die Octobris, anno regni nostri Anglie xxvi<sup>o</sup>, etc. Certificacio istius brevis facta fuit, sicut alias, xiii<sup>o</sup> die Novembris, anno regni Edwardi supradicto.

Fol. 160b.

A.D. 1353.

*Feb. 23.—Writ to the bishop to distrain on the goods of John de Westdene, rector of Hopesay, to recover £6, which the said John received from the estate of the late Thomas de Clonne. The bishop's return states that John de Westdene holds no benefice in the diocese, so that no distrainment can be made.*

*April 14.—A similar writ, to which the same return was made.*

D. 1353. April 19.—Writ to the Bishop to cause William Dymmok, late parson of St. Owen's church, Hereford, to appear before the justices at Westminster and reply to the claim for 40s. made by the prior of St. Guthlac's. The return states that the bishop found no corn in the granaries, and therefore distrained on the growing crops.

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi salutem. Mandamus vobis quod venire faciatis coram justiciariis nostris apud Westmonasterium a die sancte Trinitatis in xv dies Willelmum Dymmok, nuper personam ecclesie sancti Audoeni, Herefordie, clericum vestrum, ad respondendum priori ecclesie sancti Guthlaci, Herefordie, de placito quod reddat ei xl solidos quos ei debet et injuste detinet et unde vicecomes, etc. Teste J. de Stonore apud Westmonasterium, xix<sup>o</sup> die Aprilis, anno regni nostri Anglie xxvii<sup>o</sup>, etc.

Nullos fructus in horreis Willelmi Dymmok infrascripti invenimus et ideo fructus crescentes sequestravimus quod sit coram vobis die et loco ad respondendum priori de quo in hoc brevi fit mencio juxta exigenciam dicti brevis.

April 20.—Writ to the bishop to cause the prior of Clifford to appear before the justices at Westminster, to answer the claim for £200 made against him by the executors of the will of Nicholas de Marceleye. The return to the writ states that in default of stores in the granaries, the prior's growing crops have been sequestered.

Edwardus, etc., Johanni, etc. Mandamus vobis, sicut alias vobis mandavimus, quod venire faciatis coram justiciariis nostris apud Westmonasterium a die sancte Trinitatis in xv dies priorem ecclesie beate Marie de Clifford, clericum vestrum, ad respondendum magistro Griffino ap Rees, Ricardo Prille de Lodelowe, et Hugoni de parva Herefordia, executoribus testamenti Nicholai de Marceleye, de placito quod reddat eis ducentas libras quas eis injuste detinet, ut dicunt, et unde vicecomes, etc. Et sciatis quod nisi hoc mandatum plenius exequamini graviter ad vos capiemus. Et habeatis ibi hoc breve. Teste Johanne de Stonore apud Westmonasterium, xx<sup>o</sup> die Aprilis, anno regni nostri Anglie xxvii<sup>o</sup>, etc.

I. 161a. Johannes, etc., dilectis filiis, rectori ecclesie de Kynardesleye, nostre diocesis, ac decano nostro de Webbeleye salutem, etc. Breve domini nostri regis recepimus in hec verba:—Edwardus, etc., ut supra. Quocirca vobis conjunctim et divisim in virtute sancte obediencie firmiter injungendo mandamus quatinus dicto priori

A.D. 1353.

premissa denunciatis, fructus, redditus, proventus, ac bona ecclesiastica dicti prioris in locis ecclesiaticis quibuscumque sub districtu nostro existencia auctoritate nostra sequestretis ac ea sic sequestrata sub arte sequestri custodia salvo custodiri faciat, prout vestro volueritis periculo respondere de eisdem, donec idem prior sufficienter caverit de indemnitate nostra in hac parte, vosque super hoc aliud a nobis receperitis in mandatis. Datum apud Lugwardyn, xxi<sup>o</sup> die Maii, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>livi<sup>o</sup>, etc.

Nullos fructus in horreis prioris infrascripti invenimus et ideo fructus crescentes sequestravimus quod sit coram vobis die et loco ad respondendum, etc. Scientes quod istud est primum breve super premissis nobis directum licet per modum brevis sicut alias nobis mandastis.

*June 11.—Writ to the bishop to distrain on the goods of John de Westdene as before.*

*July 15.—Summons of the bishop to attend the king's council.*

Edwardus, etc. Quia pro magnis, etc., apud Westmonasterium die Lune post festum sancti Mathei, apostoli, proxime futurum colloquium habere volumus et tractatum, vobis etc., mandamus quod, omnibus aliis pretermisis, dictis die et loco personaliter intersitis, etc. Teste meipso apud Westmonasterium, xv<sup>o</sup> die Julii, anno regni nostri Anglie xxvii<sup>mo</sup>, etc. [Margin] Receptum apud Whytebourne in festo sancti Laurencii, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>liii de Alano de Berleye, nuncio domini regis.

*June 10.—Writ to the bishop to cause John Rede, parson of St. Owen's church, Hereford, to appear before the justices at Westminster and reply to the claim of the prior of St. Guthlac's for 70s., the arrears of a 20s. rent. No return was made to this writ.*

Edwardus, etc. Mandamus vobis quod venire faciat coram justiciariis apud Westmonasterium in octabis sancti Michaelis Johannem Rede, personam ecclesie sancti Audoeni, Herefordie, clericum vestrum, ad respondendum priori ecclesie sancti Guthlacii, Herefordie de placito quod reddat ei sexaginta et decem solidos que ei a retro sunt de annuo redditu viginti solidorum que ei debet, ut dicit; et unde vicecomes noster, etc. Teste J. de Stonore

D. 1353. apud Westmonasterium,  $x^o$  die Junii, anno regni nostri Anglie  $xxvii^o$ , etc. Istud breve non fuit retornatum.

Oct. 18.—A similar writ. To this also no return was made.

Nov. 15.—Writ to distrain on the goods of John de Westdene, parson of Hopesay, with the return as before.

Nov. 24.—Writ as before to cite John Rede, parson of St. Owen's church. Again no return is made.

March 15.—Writ of summons of the bishop and his clergy to Parliament.

D. 1354. Edwardus, etc., Johanni, etc., salutem. Quia pro magnis etc., parliamentum nostrum apud Westmonasterium die Lune proxima post festum sancti Marci, evangeliste, proxime futurum tenere, etc., volumus, vobis mandamus quatinus dictis die et loco personaliter intersitis, etc. Premunientes decanum et capitulum, etc. Teste meipso apud Westmonasterium,  $xv^o$  die Marcii, anno regni nostri Anglie  $xxviii^o$ , etc. Istud breve directum fuit officiali Herefordensi ad exequendum juxta viam formam et effectum sicut alias.

pl. 162a. Writ to the bishop to cause William de Penebrugge, clerk, to appear at Westminster and reply to the claim of Richard de Aston for 50s. 8d. The bishop's return states that there are several clerks of the same name, so that he cannot execute the writ.

Edwardus, etc., Johanni, etc. Precipimus vobis quod venire faciat coram justiciariis nostris apud Westmonasterium in octabis sancte Trinitatis Willelmu de Penebrugge, clericum vestrum, ad respondentum Ricardo de Aston de placito quod reddat ei quinquaginta solidos et octo denarios quos debet et injuste detinet, ut dicit. Et unde vicecomes, etc. Teste J. de Stonore, apud Westmonasterium,  $xxxi^o$  die Januarii, anno regni nostri Anglie  $xxviii^o$ , etc. Plures sunt clerici in diocesi Herefordensi illo nomine vocati, scilicet Willelmus de Penebrugge, de quo presens breve facit mencionem, et ideo ignoravimus contra quem istud breve exequi debuimus.

A.D. 1354.

*April 24.—Writ to the bishop to levy from the goods of the incumbent of Stoke St. Milburgh 21s. 4d., arrears of the tenth. There was no return made to this writ because it came too late.*

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi, etc. Constat nobis per inspecccionem rotulorum de scaccario nostro quod prior sancti Guthlaci, Herefordie, collector decime biennalis nobis ultimo a clero concesse in diocesi Herefordensi, in compoto suo nuper ad idem scaccarium nostrum redditio de primo anno solucionis ejusdem decime oneratur de xxii s. iiiii d. pro ecclesia de Stoke sancte Milburge in decanatu de Lodelowe, de quibus quidem denariis prefato collectori nondum est satisfactum, ut dicit; et ideo vobis mandamus quod de bonis et beneficiis ecclesiasticis possidentis ecclesiam predictam in diocesi vestra fieri faciat denarios predictos et eos cum levati fuerint prefato collectori solvi faciat indilat, ut ipse nobis inde ad certum diem quem ei dedimus plene et integre respondere valeat, nisi debitor suprascriptus racionabiliter poterit monstrare coram vobis se prius inde satisfecisse. Et si acquietanciam inde vobis ostendat, prefigatis ei diem quod sit ad dictum scaccarium in crastino sancte Trinitatis ad recipiendum super acquietancia illa quod justicia suadebit. Et quid inde feceritis thesaurario et baronibus de dicto scaccario, etc. Teste G. de Wilford apud Westmonasterium, xxiiii<sup>o</sup> die Aprilis, anno regni nostri Anglie xxviii<sup>o</sup>, etc. Non fuit retornatum quia tarde venit.

*July 14.—Writ to the bishop to levy and pay to the prior of St. Guthlac's, the collector, certain arrears of tenths granted to the king. No return was made.*

Fol. 162b.

Edwardus, etc., Johanni, etc. Constat nobis per inspecccionem rotulorum de scaccario nostro quod prior sancti Guthlaci, Herefordie, nuper collector decime biennalis nobis a clero anno regni nostri Anglie xx<sup>mo</sup> concesse in diocesi Herefordensi, in compoto suo nuper ad idem scaccarium redditio de eadem decima oneratur de xiiii s. iiiii d. pro ecclesia de Staunton et C s. pro ecclesia de Montgomery; et quod idem prior, nuper collector decime biennalis nobis a clero anno regni nostri xxv<sup>to</sup> concesse, in diocesi vestra predicta, in consimili compoto oneratur de summis subter scriptis, videlicet iii s. vi d. pro prebenda quondam Nicholai de Genevile, xvi s. iii d. pro ecclesia de Stoke sancte Milburge, xxv s. pro dicta ecclesia de Montegomery, ix s. pro prebenda quondam Nicholai in ecclesia de

D. 1354.

Pontesbury, v s. iii d. pro prebenda quondam Roberti de Ratford, xxxii s. pro ecclesia de Madeleye, et de xxvii s. viii d. pro porcione vicarii de Stottesdone, e quibus summis eidem collectori nondum est satisfactum, ut dicit. Et ideo vobis mandamus quod de bonis et beneficiis ecclesiasticis clericorum dicta beneficia possidencium in diocesi vestra fieri faciatis denarios predictos particulariter, ut predictum est, et eos prefato collectori solvi faciatis indilate, nisi clerici predicti racionabiliter monstrare poterint coram vobis se prius inde satisfecisse. Et si acquietancias inde vobis ostendant, prefigatis eis diem, etc. Et quod inde feceritis, etc. Teste G. de Wilford apud Westmonasterium, xiii<sup>o</sup> die Julii, anno regni nostri Anglie xxviii<sup>o</sup>, etc. Istud breve non fuit retornatum.

*Nov. 10.—The king authorises the bishop to receive the oaths to be taken by Richard de la Bere on a grant to him of the custody of the county and castle of Hereford and the office of escheator, and to deliver to him the king's letters of appointment. A form of oath follows, and the bishop's certificate that he has executed the writ.*

Edwardus, etc., Johanni, etc. Sciatis quod, cum commiserimus dilecto et fideli nostro Ricardo de la Bere comitatum nostrum Herefordensem cum pertinenciis ac castrum nostrum ibidem custodiendum, neconon officium escaetrie nostre in eodem comitatu ac marchia Wallie eidem comitatui adjacente habendum quamdiu nobis placuerit, prout in litteris nostris patentibus inde confectis plenius continetur, dedimus vobis potestatem recipiendi sacramenta ipsius Ricardi de officiis predictis debita. Et ideo vobis mandamus quod, captis hujusmodi sacramentis a prefato Ricardo juxta formam cuiusdam cedula presentibus intercluse, litteras nostras predictas de officiis predictis confectas quas vobis mittimus per latorem presencium eidem Ricardo liberetis, et cum premissa feceritis, nobis inde in cancellaria nostra sub sigillo vestro distincte et aperte sine dilacione constare faciatis, remittentes nobis hoc breve. Teste meipso apud Westmonasterium, x<sup>o</sup> die Novembris, anno regni nostri Anglie xxviii<sup>o</sup>, etc.

Vous jurrez que bien et loialment serverez au roi en les offices de viscount et eschetour en le countee de Hereford et en le marche de Gales joignant a mesme le countee, et le prou le roi frez en toutes choses que a vous appendent affaire solonc votre seen et votre poair, et ses droites et quant que a la coronne appent loialment garderez, ne assenterez a destrees ne au concelement des droitz ne

A.D. 1354.

Fol. 163a.

des fraunchises le roi. Et par la ou vous saverez les droitz le roi ou la corone, soit en terres ou en rentes ou en fraunchises ou en sutes, concelez ou soustretes votre loial poair metterez de ceo repeller, et si vous ne le puez faire vous le dirrez au roi ou a ceaux de son conseil des queux vous soiez certain quils le dirront au roi, et les dettes le roi pur doun ne pur favour ne respitez, par la ou vous les purrez sanz tresgraunde grevance des dettours lever, et que loialment et a droite tresterez le poeple de votre baillie, et a chescun frez droit auxi bien as poures come as riches en ceo que a vous appent affaire, et que pur doun ne pur promesse ne pur favour ne pur hauour tort ne frez a nully ne autri droitire ne desturberez, et que loialment acquiterez al eschequier les gentz des queux vous averez rien receu des dettes le roi, et que rien ne prendrez par quoi le roi perde ou par quoi droitire soit destourbe ou la dette de roi delailee, et que loialment frez retourner et loialment servir les briefs le roi a votre seen et a votre poair, et que en propre personne les estentes des terres solonc lour verroie value et enquestes frez et returnerez a votre seen et a votre poair, et que vous ne prendrez nul bailif en votre service pur qui vous ne voilliez respoudre, et vous frez voz bailifs faire au tiel serment comme a eux appent, et que nul brief receiverez par vous ne par les voz souz seal des justices forsque en eire ou autres justices assignez en mesme le countee et marche ou justice de Neugate, et que vous mettereuz voz bailifs des plus loials du pais, si Dieu vous aide et ses seintz.

Sacramenta domini Ricardi de la Bere, militis, de officiis custodie comitatus et castri Herefordie, necnon escaetrie domini nostri regis in eodem comitatu ac marchia Wallie eidem adjacente, juxta formam ejusdam cedula cum isto brevi nobis directe recepiimus, et litteras dicti domini nostri regis sibi de officiis predictis confectas Ricardo liberavimus in forma nobis demandata.

*Nov. 20.—Writ to the bishop to distrain on the goods of John de Westdene, rector of Hopesay, for £6, as before.*

*Nov. 27.—The bishop, in reply to questions from the king, states that Robert de Wynnesbury held the church of Montgomery on the present king's presentation till his death during the plague; that his successor, Nicholas de Hopton, was presented by the Prince of Wales.*

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi. Quia quibusdam certis de causis cerciorari volumus que et quot persone possessionem

D. 1354.

ecclesie de Montegomeri, vestre diocesis, a tempore quo vos episcopus predicti loci fuitis sunt adepte, et ad quorum vel cuius presentaciones admissi fuerunt et inducti in eandem, et quibus temporibus, qualiter, et quo modo, vobis mandamus quod, scrutato registro vestro, de eo quod inde inveneritis reddatis in cancellaria nostra sub sigillo vestro distincte et aperte cerciores hoc breve nobis remittentes. Teste meipso apud Westmonasterium, xxvii<sup>o</sup> die Novembris, anno regni nostri Anglie xxviii<sup>o</sup>, etc.

pl. 163b.

Dominus Robertus de Wynnesbury optinuit possessionem ecclesie de Montegomery per totum tempus nostrum usque ad tempus pestilencie ex presentacione domini nostri regis qui nunc est, cui in eadem pestilencia mortuo successit tunc Johannes de Hoptone, qui adhuc eandem ecclesiam possidet ex presentacione domini Edwardi, principis Wallie qui nunc est.

*Nov. 7.—Writ as before to the bishop to levy £8 from the goods of Symon de Sutbury, who holds the manor of Moreton. The return states that the effects of Symon de Sutbury at Moreton have been distrained upon to the value of 20s.*

*Feb. 20.—The bishop replies to the king's questions, that there is only one manor of Moreton, that the prebend and the manor are one, that Philip de Comite held it at the time of the taxation, and that William de Monteforti held no manor there worth £20 annually. He has restored Symon de Sudbury's goods and chattels.*

Edwardus, episcopo Herefordensi, etc. Volentes certis de causis quod thesaurarius et barones de scaccario nostro cerciorentur si aliquod sit manerium in Mortone, seu aliquo tempore fuit taxatum ad xx li. aliud quam manerium de Mortone quod est corpus prebende de Mortone in ecclesia Herefordensi, et si una sola prebenda consistat in eodem et non diverse, ac eciam si tempore taxacionis dictae prebende facte, anno videlicet regni domini Edwardi quondam regis Anglie, avi nostri, vicesimo, magister Willelmus de Monteforti, tunc precentor ecclesie Herefordensis, habuerit apud Mortone unum manerium quod valet per annum in omnibus exitibus xx li., et Philippus de Comite tunc unam prebendam ibidem que valet in omnibus exitibus xx li., vobis mandamus quod, scrutato registro vestro habitaque in premissis pleniori deliberacione, de eo quod inde inveneritis dictos thesaurarium et barones a die Pasche in xv<sup>o</sup> dies distincte et aperte per aliquem de vestris reddatis cer-

A.D. 1354. ciores. Et illa bona et catalla Symonis de Sudbury, prebendarii dictae prebende, ad valenciam xx s. per vos nuper sequestrata eidem Symoni restituatis et reliberetis indilate. Et remittatis ibi tunc hoc breve. Teste G. de Wilford apud Westmonasterium, xx<sup>o</sup> die Februarii, anno regni nostri Anglie xxix<sup>o</sup>, etc.

Fol. 164a.

Non est aliquod manerium in Mortone, nec aliquo tempore fuit taxatum ad xx li. aliud quam manerium de Mortone, quod est corpus prebende de Mortone in ecclesia Herefordensi, et una sola prebenda consistit in eodem et non diverse, nec eciam habuit magister Willelmus de Monteforti, olim precentor ecclesie Herefordensis predicte, apud Moretone tempore taxacionis dictae prebende, etc., unum manerium quod valuit in omnibus exitibus xx li., set Philippus de Comite, tunc prebendarius prebende de Mortone predicta, habuit eandem prebendam sive manerium que idem sunt et non diversa, que prebenda sive manerium valet per annum in omnibus exitibus xx li. Illa eciam bona et catalla magistri Symonis de Sudbury ad valenciam xx s. per nos sequestrata restituimus eidem.

*May 15.—Request to the bishop to make known in the diocese the measures adopted by the king for the security of scholars wishing to reside at Oxford. In consequence of their feud with the people of the town the scholars have deserted the place, and to enable them to return the king has granted them full indemnity for all felonies and offences, has forbidden either party to indulge in insults and bickerings, and will devise a scheme for future security and peace. He considers an educated clergy to be the chief support of religion and of good government.<sup>1</sup>*

*April 25.—Writ exonerating the prior of Wenlock, an alien and farmer of the priory for the king, from payment of the two years' tenth, and commanding the bishop to relax any sequestration he may have made.*

Fol. 164b.

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi, etc. Mandamus vobis quod demande quam facitis priori de Wenlock, alienigene, firmario nostro prioratus predicti, pro quibuscumque summis ipsum contingentibus de decima sua de primo et secundo annis decime biennalis nobis a clero ultimo concesse in diocesi Herefordensi, seu pro aliis decimis quibuscumque tam ad opus nostrum quam prioris sancti Guthlaci, Herefordie, nuper collectoris dictae decime, solvendis omnino

1—Printed in Wilkins' *Concilia*, III. 33.

D. 1354.

supersedeatis; et sequestrum, si quod in bonis ipsius prioris de Wenlok apposueritis seu alias censuras ecclesiasticas in ipsum priorem ea occasione fulminaveritis, seu si quid inde ab eo levari feceritis, id ei restitui, relaxari, et revocari faciatis indilate. Teste G. de Wilford apud Westmonasterium, xxv<sup>o</sup> die Aprilis, anno regni nostri Anglie xxix<sup>o</sup>, etc.

*June 20.—Writ to the bishop to levy £6 from the goods of John de Westdene, rector of Hopesay, with the same return as before.*

*July 18.—A similar writ with the same return.*

*June 26.—Writ to the bishop to levy from the goods of Roger Holm, clerk, £100 of the £400 debt of record which he owes the king. The return states that he has no effects in the diocese.*

4. 165a.

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi, etc. Mandamus vobis quod de bonis et beneficiis ecclesiasticis Rogeri Holm, clerici, vestre diocesis, fieri faciatis C li. de quodam debito CCCC li. quas idem Rogerus in curia nostra coram baronibus de scaccario nostro xx die Octobris, anno regni nostri Anglie xxiiii<sup>o</sup> recognovit se nobis debere et quas nobis solvisse debuit ad terminos dudum preteritos, prout nobis constat per inspeccionem rotulorum de dicto scaccario nostro, et eas nobis nondum solvit; ita quod dietas C li. habeatis ad idem scaccarium nostrum apud Westmonasterium in crastino sancti Michaelis per aliquem de vestris nobis in thesaurariam nostram solvendas. Et remittatis ibi tunc hoc breve. Teste G. de Wilford apud Westmonasterium, xxvi<sup>o</sup> die Junii, anno regni nostri Anglie xxix<sup>o</sup>, etc. Returnus istius brevis ut supra in duabus brevibus proxime precedentibus.

*July 4.—Writ to the bishop to levy 20s. from the goods of John de Ryvers, parson of Ripple, to be paid to William de Sandford and Hugh de Aston, assignees of 40 marcs which John Payne, parson of Symon's Croom, recovered against John de Rogers in an action for trespass. The return states that Ripple is not in the diocese.*

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi, etc. Mandamus vobis, sicut pluries vobis mandavimus, quod de bonis ecclesiasticis Johannis de Ryvers, nuper persone ecclesie de Rippel, clerici vestri, in diocesi vestra fieri faciatis xx s. Et illos habeatis coram justiciariis nostris

A D. 1354.

apud Westmonasterium in octavis sancti Michaelis ad reddendum Willelmo de Sandford et Hugoni de Astone, clericis nostris de banco, assignatis Johannis Payn, nuper persone ecclesie de Symondscrombe, de xl marcis ei in curia nostra coram justiciariis nostris apud Westmonasterium adjudicatis occasione ejusdam transgressionis eidem Johanni Payn per predictum Johannem de Ryvers facte. Et habeatis ibi hoc breve. Teste R. Hillary apud Westmonasterium, quarto die Julii, anno regni nostri Anglie xxix<sup>o</sup>, etc.

Quia Johannes de Ryvers in hoc brevi nominatus non fuit aliquo tempore nostro beneficiatus in diocesi nostra, nec ecclesia de Ryppel de qua in hoc brevi fit mencio in eadem diocesi existit situata, nichil de execucione istius brevis facere potuimus.

*Sept. 20.—Summons of the bishop and his clergy to Parliament.*

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi, etc. Quia pro quibusdam arduis negotiis, etc., parliamentum nostrum apud Westmonasterium, die Jovis in crastino sancti Martini tenere, etc., volumus, vobis mandamus quatinus personaliter intersitis tractaturi, etc. Premunientes decanum, etc. Teste meipso apud Westmonasterium, xx<sup>o</sup> die Septembbris, anno regni nostri Anglie xxix<sup>o</sup>, etc.

*Oct. 22.—Prorogation of Parliament till the Monday after the Feast of St. Edmund.*

Fol. 165b.

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi, etc. Licet nuper parliamentum nostrum apud Westmonasterium ad diem Jovis in crastino sancti Martini proxime futuro tenere ordinaverimus, et vobis mandaverimus quod in propria persona intercessetis, ex certis tamen causis evidenter dictum parliamentum usque ad diem lune proximum post festum sancti Edmundi, regis et martyris, duximus prorogandum, per quod ad locum predictum ad dictum crastinum sancti Martini accedere vos non oportet ista vice, vobis nichilominus mandamus quod apud dictum locum ad dictum diem lune personaliter intersitis, etc. Teste meipso apud Sandwycum, xxii<sup>o</sup> die Octobris, anno regni nostri Anglie, xxix<sup>o</sup>, etc.

*Dec. 8.—Authority to the bishop to receive the oath of Thomas atte Barre, and to deliver to him the letters patent granting him the county of Hereford, the custody of the castle, and the office of escheator.*

D. 1354.  
pl. 166a.

Oct. 30.—Writ to distrain on John de Westdene's goods for £6, and the return as before.

D. 1356.

Jan. 12.—Writ forbidding the bishop to collate to the church of Westbury till his suit with Sir Richard Talbot the elder as to the advowson has been decided.

Edwardus, etc., Johanni, etc. Prohibemus vobis ne conferatis alicui ecclesiam de Westbury que vacat, ut dicitur, et de cuius advocacione mota est in curia nostra inter vos et Ricardum Talbot, seniorem, militem, donec discussum fuerit, etc. Teste meipso apud Novum Castrum super Tynam, xii<sup>o</sup> die Januarii, anno regni nostri Anglie xxix<sup>o</sup>, etc.

Feb. 12.—Writ to the bishop to cause Thomas de Motlowe, vicar of Canon Pyon, to appear before the justices at Westminster and answer the claim made by the dean and chapter for £7, the arrears of an annual rent of 20s.

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi, etc. Mandamus vobis quod venire faciatis coram justiciariis nostris apud Westmonasterium, a die Pasche in tres septimanas, Thomam de Motlowe, vicarium ecclesie de Pewene canonicorum, clericum vestrum, ad respondendum decano et capitulo ecclesie sancti Ethelberti, Herefordie, de placito quod reddat eis vii li., que eis in retro sunt de annuo redditu xx s. quem eis debet, ut dicunt, et unde vicecomes, etc. Teste R. Hillary apud Westmonasterium, xii<sup>o</sup> die Februarii, anno regni nostri xxx<sup>o</sup>, etc.

Thomam de Motlowe, clericum in hoc brevi nominatum, artavimus per sequestracionem bonorum suorum ecclesiasticorum in diocesi nostra Herefordensi quod sit coram justiciariis vestris die et loco, etc.

pl. 166b.

Feb. 8.—Writ to the bishop to levy £100 from the goods of Roger de Holm as before. The return states that he has no benefice in the diocese.

Feb. 28.—Writ to the bishop to distrain on the goods of John de Westdene for £6, with return as before.

May 30.—A similar writ and return.

A.D. 1356.

*Sept. 25.—Writ to the bishop to appoint collectors of the tenth granted by the clergy, of which the first payment is due on St. Andrew's day unconditionally.*

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi, etc. Cum vos et ceteri episcopi et totus clerus Cantuariensis provincie in ultimo concilio seu convocatione cleri predicti in ecclesia sancti Pauli, Londoniis, celebrata, considerantes necessitates nostras imminentes, unam decimam de beneficiis vestris ac ceterorum episcoporum et cleri predicti ecclesiasticis ad terminos sancti Andree et Nativitatis sancti Johannis Baptiste proxime futuros, videlicet pro primo termino simpliciter et pro secundo termino sub certis condicionibus, solvendam concesseritis, prout in certificacione venerabilis patris Simonis, archiepiscopi Cantuariensis, nobis inde missa plenius continetur, nos, volentes de dicta decima pro primo termino juxta concessionem predictam responderi, vobis mandamus quod aliquos de diocesi vestra de quibus confiditis ad denarios pro primo termino de dicta decima de dictis beneficiis colligendos et levandos sine dilacione aliqua assignari et deputari faciatis, ita quod nobis de denariis de dicta decima pro dicto termino in dicta diocesi vestra provenientibus citra dictum terminum sancti Andree vel in eodem termino ad ultimum respondeatur, thesaurarium et barones de scaccario certificantes, etc. Teste meipso apud Westmonasterium, **xxv<sup>o</sup>** die Septembri, anno regni nostri Anglie **xxx<sup>mo</sup>**, etc.

Fol. 167a.

*Oct. 30.—The king informs the bishop of the victory of Poictiers, and requests him to enjoin suitable thanksgivings. The bishop accordingly commissions his official to urge these devotions on the clergy, and promise 40 days' indulgence to all who take part.*

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi, etc. Justus et mirabilis in operibus suis Deus, etc.<sup>1</sup>

Fol. 167b.

Johannes, etc., venerabili viro, magistro W. Wroth, canonico Herefordensi, officiali nostro, salutem. Breve domini nostri regis receperimus sub hac forma. Quocirca vobis committimus et mandamus quatinus injungatis omnium ecclesiarum prelatis et aliis capellani, tam religiosis quam secularibus, per nostram diocesim constitutis ut pro domino nostro rege et nobili ac magnifico principe, domino Edwardo primogenito suo, principe Wallie, aliquis dicti domini nostri regis fidelibus expeditioni guerre sue

D. 1356.

vacantibus in missis suis pie Deum exorent, et processiones singularis quartis et sextis feriis faciant et a parochianis suis fieri procient, aliaque pie placacionis opera exerceant humiliter et devote, ut ipse Deus et dominus erga ipsos dominum regem, dominum Edwardum primogenitum suum, et alios fideles suos graciām continuet ac in cause sue prosecucionē dirigat et eam ad finem producat celerem et optatum. Et ut fidelium mentes ad devociones hujusmodi propensius excitentur de Dei, etc., omnibus subditis nostris premissa facientibus xl dies indulgencie misericorditer concedimus per presentes. Datum apud Prestebury, antepenultima die Octobris, etc.

*Nov. 10.—Appointment of the prior and convent of St. Guthlac to collect the king's tenth.*

Die x<sup>o</sup> mensis Novembris, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>lvi<sup>o</sup>, dominus deputavit priorem et conventum sancti Guthlaci, Herefordie, collectores decime supradicte. Et eodem die certificavit thesaurarium et barones de scaccario domini regis dictos priorem et conventum fuisse deputatos per eum, etc.

*Nov. 15.—Writ to the bishop to distrain on the goods of John de Westdene for £6 as before. The return states that he is beneficed in the diocese of Chichester, and not in the diocese of Hereford.*

*Feb. 15.—Summons to the bishop and his clergy to attend Parliament.*

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi, etc. Quia pro quibusdam arduis, etc., ordinavimus parliamentum nostrum apud Westmonasterium die lune proxima post septimanam Pasche proxime futuram tenere, etc., vobis mandamus quatinus dictis die et loco personaliter intersitis tractaturi etc., premunientes decanum, etc. Teste meipso apud Westmonasterium, xv<sup>o</sup> die Februarii, anno regni nostri Anglie xxxi<sup>o</sup>, etc.

*May 1.—Writ to the bishop to levy from the goods of certain of the clergy arrears of the tenth due to the king. The return states that all these sums have been paid to the collector.*

Edwardus, etc., Johanni, etc, Constat nobis per inspeccionem rotulorum de scaccario nostro quod dilectus nobis in Christo, prior

A.D. 1356.

sancti Guthlaci, Herefordie, collector decime annalis nobis ultimo a clero concesse in diocesi Herefordensi, in compoto suo nuper ad idem seaccarium nostrum redditio de decima predicta de primo termino solutionis ejusdem oneratur de summis subscriptis, vide-licet de xi d. pro porcione prioris de Strigoill in ecclesia de Tudenham, x s. pro capella de Forde, iiiii s. iiiii d. pro vicaria de Dodytone, v s. iiiii d. pro ecclesia de Sudbury, xvi s. pro ecclesia de Chetitone cum capella de Lustone, iiiii s. viii d. pro ecclesia de Holdebury, x s. pro ecclesia de Aston Boterel, viii s. viii d. pro ecclesia de Cleobury North, v s. pro ecclesia de Whethull, v s. de Atone Longeford, iiiii s. iiiii d. pro ecclesia de parva Wenlok, iiiii s. viii d. pro ecclesia de Hope Boulers, iiiii s. iiiii d. pro vicaria de Etone, vs. iiiii d. pro ecclesia de Tuggefond, iiiii s. iiiii d. pro capella de Hanewode, v s. pro vicaria de Meolebracy, vi s. pro capella de Corneleye, iiiii s. i d. ob. pro ecclesia de Hoptone Waffre, iiiii s. viii d. pro vicaria de Leyntewardyn, vi s. pro ecclesia de Astone, iiiii s. iiiii d. pro vicaria de Lyntone, vi s. viii d. pro ecclesia de Staunton, vi s. viii d. pro ecclesia de Albo Monte, viii s. pro ecclesia de Petrustowe, x s. pro ecclesia de sancta Keyna, iiiii s. iiiii d. pro ecclesia de Stratford, v s. iiiii d. pro ecclesia de Pudlesdon, v s. pro ecclesia de Hambre, iiiii s. viii d. pro ecclesia de Tedsterne de la Mare, viii s. pro ecclesia de Thornbury, v s. pro ecclesia de Yeddefen, et iiiii s. pro ecclesia de Sapy, de quibus summis eidem collectori nondum est satisfactum, ut dicit, et vobis ideo mandamus quod de bonis et beneficiis ecclesiasticis clericorum dicta beneficia possidencium in diocesi vestra fieri faciatis denarios predictos particulariter, ut predictum est, et eos prefato collectori solvi et habere faciatis indilat, ut idem collector inde nobis ad certum diem quem ei prefiximus plene et integre valeat respondere, nisi debitores predicti rationabiliter monstrare poterint coram vobis se prius inde satisfecisse. Et si acquietancias, etc. Et quid inde feceritis, etc. Teste G. de Wilford apud Westmonasterium, primo die Maii, anno regni nostri Anglie xxxi<sup>mo</sup>, etc.

Satisfactum est priori, collectori infrascripto, de porcionibus infrascriptis.

*June 1.—Writ to the bishop to appoint collectors of the second instalment of a year's tenth granted by the clergy to the king, at first subject to conditions, but now simply.*

Fol. 168b.

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi salutem, Cum vos et ceteri prelati ac clerici Cantuariensis provincie, etc., unam decimam

D. 1357.

annalem de vestris et ipsorum beneficiis nobis in auxilium onerum et expensarum nobis incumbencium concesseritis ad festum sancti Andree proxime preteritum et ad festum nativitatis sancti Johannis Baptiste proxime sequens, unam videlicet medietatem pure et simpliciter et aliam medietatem sub certis condicionibus solvendam, per quod per diversa brevia nostra vobis et prelatis predictis mandavimus quod medietatem decime predice pro primo termino solutionis ejusdem levari et ad scaccarium nostrum solvi faceretis, ac jam vos et ceteri prelati ac clerus in ultima convocatione apud ecclesiam sancte Brigide, Londoniis, dictam aliam medietatem de secundo termino predicto concesseritis nobis simpliciter et absque condicione aliqua solvendam, vobis mandamus quod aliquos de clero vestre diocesis quos ad hoc ydoneos noveritis et pro quibus respondere volueritis ad dictam medietatem dicte decime de secundo termino predicto in dicta diocesi vestra levandam et colligendam, prout moris est, deputari et assignari faciatis; ita quod nobis de tota pecunia de dicta ultima medietate decime illius proveniente in dicto festo nativitatis sancti Johannis Baptiste ad ultimum respondeant, thesaurarium et barones, etc. Teste meipso apud Westmonasterium, primo die Junii, anno regni nostri Anglie xxxi<sup>mo</sup>, etc.

*June 16.—Appointment of the prior and convent of St. Guthlac's to collect the last instalment of the year's tenth.*

Johannes, etc., dilectis filiis, priori et conventui sancti Guthlaci, nostre civitatis Herefordensis, salutem. Breve domini nostri regis recepimus in hec verba:—Edwardus, etc. De vestris fidelitate, etc., ad collendum et levandum, ut premittitur denarios de medietate dicte decime annalis de secundo termino predicto provenientes, etc., vos specialiter assignamus, etc., ad que facienda vobis committimus vices nostras, etc. Datum apud Prestebury, xvi<sup>o</sup> die Junii, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>lvii<sup>o</sup>, etc. Et eodem die certificavit dominus thesaurarium et barones de scaccario quod ipse deputavit priorem et conventum sancti Guthlaci, Herefordie ad collendum, et levandum denarios, etc.

A.D. 1357.

*July 6.—Writ to the bishop to sequestrate the portion which Nicholas de Heth holds in Ledbury church till he pays £200, the fine imposed by the court for contempt of the king's authority. The dean of Frome receives a commission for its execution.*

Fol. 169a.

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi, etc. Quia Nicholaus de Hethe nobis in ducentis libris teneatur de quodam fine per ipsum in curia nostra facto pro quibusdam contemptibus nobis per ipsum factis, sicut per certificacionem dilecti et fidelis nostri Willelmi de Shareshulle, capitalis justiciarii nostri, nobis in cancellaria nostra de mandato nostro missam est compertum, ac jam intelleximus quod predictus Nicholaus prebendarius cuiusdam porcionis prebendalis in ecclesia vestra collegiata de Ledebury existit, nos volentes de fine predicto responderi, prout decet, vobis mandamus quod omnes fructus et proventus porcionis ipsius Nicholai in dicta ecclesia sine dilacione sequestrari et sub sequestro salvo custodiri faciatis, quousque nobis de fine predicto satisfactum fuerit, vel aliud a nobis inde habueritis in mandatis. Et hoc nullatenus omittatis. Teste meipso apud Westmonasterium, vi<sup>o</sup> die Julii, anno regni nostri Anglie xxxi<sup>mo</sup>, etc.

Commissum fuit decano nostro de Frome ad exequendum dictum breve.

*Nov. 25.—Writ to the bishop to distrain on the effects of certain of the clergy for arrears of tenths due to the king. The return states that the writ has not been executed for want of time.*

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi, etc. Constat nobis per inspeccionem rotulorum de scaccario nostro quod prior sancti Guthlaci, Herefordie, collector decime annalis nobis ultimo a clero concessa in diocesi Herefordensi, in compotis suis nuper ad dictum scaccarium redditis de primo et secundo terminis solucionis ejusdem oneratur de suminis subscriptis, videlicet de iiii s. pro incertis proventibus decanie Herefordensis, iii s. ii d. q. pro porcione rectoris ecclesie de parva Marcle in ecclesia de Deweswall, x s. pro ecclesia de Radenore nova, iii s. pro ecclesia de Baketone, xii s. pro ecclesia de Avenebury, vi s. viii d. pro ecclesia de Stantone, xxvi s. viii d. pro ecclesia de Nova terra, iii s. i d. ob. pro ecclesia de Hoptone, iii s. viii d. pro ecclesia de Dodytone, xxii s. viii d. pro ecclesia de Stoke sancte Milburge, xxv s. pro ecclesia de Mountgomery, xxv s. pro ecclesia de Alburbury, vi s. viii d. pro vicaria de Alburbury,

D. 1357.    iiiii s. iiiii d. pro capella de Hanewode, x s. pro capella de Forde, vs. pro ecclesia de Schrewardyn, iiid. ob. pro porcione rectoris de Conede in ecclesia de Esthope, et de xvi s. pro ecclesie de Madeleye; quodque dictus prior, collector decime biennalis nobis a clero anno regno nostri Anglie xxim<sup>o</sup> concesse in diocesi vestra, oneratur in compotis suis ad dictum scaccarium nostrum redditis de primo et secundo annis solucionis ejusdem decime de xlii s. viii d. pro ecclesia de Stoke sancte Milburge, et de xxii s. pro ecclesia de Madeley, et quod predictus prior, collector decime biennalis nobis ab eodem clero anno regni nostri Anglie xxv<sup>to</sup> concesse, in compotis suis nuper ad dictum scaccarium redditis oneratur de xxii s. iiiii d. pro ecclesia de Stoke sancte Milburge, et de xxxii s. pro ecclesia de Madeley, de quibus quidem summis prefato collectori nondum est satisfactum, ut dicit. Et ideo vobis mandamus quod de bonis ecclesiasticis clericorum dicta beneficia possidencium fieri faciat summas denariorum predictas, etc. [ut supra]. Teste G. de Wilford apud Westmonasterium, xxv<sup>o</sup> die Novembris, anno regni nostri Anglie xxxi<sup>o</sup>, etc.

Istud breve ita tarde recepimus quod propter temporis brevitatem illud exequi non potuimus ista vice.

*Dec. 1.—Writ to the bishop to distrain on the goods of John de Westlene for £6. The return again states that he has no abode or benefice in the diocese.*

*Dec. 15.—Summons of the bishop and clergy to Parliament.*

I. 168b.    Edwardus, etc., episcopo Herefordensi, etc. Quia pro quibusdam arduis, etc., ordinavimus parliamentum nostrum apud Westmonasterium, die lune proxima post festum purificacionis beate Marie proxime futurum tenere, etc., vobis mandamus quatinus dictis die et loco personaliter intersitis. Premunientes decanum, etc. Et quia propter arduitatem negotiorum et celeriorem expedicionem eorundem volumus primo die parliamenti personaliter interesse, nolumus nec intendimus vos aut aliquem alium ad dictum parliamentum summonitum quin eodem primo die personaliter intersitis habere ullo modo excusatos nec excusacionem a vobis admittere aliqualem. Teste meipso apud Westmonasterium, xv<sup>o</sup> die Decembris, anno regni nostri Anglie xxxim<sup>o</sup>, etc.

Execucio istius brevis sicut alias.

A.D. 1358.

*Feb. 12.—Notice to the bishop that the king has recovered in the courts the right of presentation to the chapel of Willey against Philip de Harleye.*

Edwardus, etc., Johanni, etc. Sciatis quod nos in curia nostra coram justiciariis nostris apud Westmonasterium recuperavimus presentacionem nostram versus Philippum de Harleye, clericum, ad capellam de Willileye per defaltam ipsius Philippi. Et ideo vobis mandamus quod, non obstante reclamacione predicti Philippi, ad presentacionem nostram ad capellam predictam ydoneam personam admittatis. Teste R. Thorpe, apud Westmonasterium, xii<sup>o</sup> Februarii, anno regni nostri Anglie xxxii<sup>o</sup>, etc.

A.D. 1357.

*Nov. 26.—Mandate to the bishop to give to Nicholas Hethe the receivership of his sequestered benefices, as he has obtained sureties for the payment of the £200 due to the king, but to keep in force the sequestration.*

Fol. 170a.

Edwardus, etc., Johanni, etc. Licet nos nuper, pro eo quod Nicholaus de Hethe, clericus, nobis in ducentis libris de quodam fine quem fecit nobiscum coram Willelmo de Shareshulle et sociis suis, justiciariis nostris ad placita coram nobis tenenda assignatis, pro quibusdam contemptibus nobis per ipsum Nicholaum factis tenebatur, omnes fructus beneficiorum ipsius Nicholai in diocesi vestra per vos sequestrari et sub sequestro custodiri mandaverimus, ut nobis de dictis ducentis libris responderi posset de fructibus supradictis, quia tamen idem Nicholaus jam invenit nobis certos manucaptores de satisfiendo nobis de dictis ducentis libris ad certos terminos sibi per nos concessos, volentes eidem Nicholao in ea parte, quatenus juste poterimus, subvenire vobis mandamus quod custodiam sequestri in fructibus beneficiorum ipsius Nicholai per vos virtute mandati nostri appositi eidem Nicholao liberari et haberi faciatis, ut ipse nobis de dictis ducentis libris de fine predicto ad terminos predictos de fructibus predictis satisfacere valeat ut debet, et, si quid de fructibus predictis a tempore sequestri predicti preceperitis seu levaveritis, id eidem Nicholao integre restituatis. Nolumus tamen quod sequestrum predictum relaxetur, quo usque nobis de summa predicta fuerit satisfactum vel aliud inde vobis duxerimus demandandum. Teste meipso apud Westmonasterium, xxvi<sup>o</sup> die Novembris, anno regni nostri Anglie xxxi<sup>o</sup>, etc.

D. 1358.

*Feb. 20.—Writ to the bishop to distrain on the effects of the dean of Hereford and certain incumbents for arrears of a tenth. The return states that the bishop has levied the sums due from the vicar of Alburbury and the rector of Little Marcle, but cannot obtain the other arrears till the autumn crops can be taken.*

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi, etc. Constat nobis per inspecccionem rotulorum de scaccario nostro quod prior sancti Guthlaci, Herefordie, collector decime annalis nobis ultimo a clero concesse in diocesi Herefordensi, in compotis suis ad idem scaccarium redditis de primo et secundo terminis solutionis ejusdem oneratur de summis subscriptis, videlicet de iii s. pro incertis proventibus decani Herefordensis, iii s. ii d. q., pro porcione rectoris ecclesie de parva Marcle in ecclesia de Deweswall, x s. pro ecclesia de Radenore nova, vi s. viii d. pro ecclesia de Staunton, iii s. i d. ob. pro ecclesia de Hoptone, iii s. iii d. pro ecclesia de Dodytone, xxv s. pro ecclesia de Montgomery, xxv s. pro ecclesia de Alburbury, vi s. pro vicaria de Alburbury, iii s. iii d. pro capella de Hane-wode, x s. pro capella de Forde, vs. pro ecclesia de Shrewardyn, et de ii d. ob. pro porcione rectoris ecclesie de Conede in ecclesia de Esthope, de quibus quidem summis prefato collectori nondum est satisfactum ut dicit. Et ideo vobis mandamus quod de bonis ecclesiasticis clericorum dicta beneficia possidencium in diocesi vestra fieri faciatis summas denariorum predictas [ut supra]. Teste G. de Wilford, apud Westmonasterium, xx<sup>o</sup> die Februarii, anno regni nostri Anglie xxxii<sup>do</sup>, etc.

De bonis ecclesiasticis vicarii de Alberbury et rectoris ecclesie de parva Marcle de porcione sua in ecclesia de Dewescherche [sic] fieri pecuniam eos in hoc brevi contingentem et eandem priori sancti Guthlaci, Herefordie, collectori decime annalis, fecimus liberari. Nulla vero bona ecclesiastica ceterorum clericorum ecclesias, capellas, et porciones in hoc brevi nominatas possidencium invenimus ad presens de quibus aliqua pecunia fieri possit et ideo fructus autumpnales futuros ipsorum clericorum usque ad valenciam summarum ipsos concernencium sequestravimus de quibus citra autumpnum nullam pecuniam levare poterimus ullo modo.

A.D. 1358.

*Feb. 4.—Mandate to the bishop to cease all proceedings against the prior of Wenlock for the arrears of several tenths due from the appropriated churches of Stoke St. Milburgh and Madeley.*

Fol. 170b.

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi, etc. Constat nobis per inspeccionem rotulorum de scaccario nostro quod exoneravimus priorem sancti Guthlaci, Herefordie, nuper collectorem tam decime annalis nobis a clero ultimo concesse in diocesi Herefordensi quam decime biennalis ab eodem clero anno regni nostri **xx<sup>mo</sup>** concesse et decime biennalis nobis a clero predicto anno dicti regni nostri **xxv** concesse, de **xxi s. iii d.** de quibus idem prior onerabatur super compotum suum de dicta decima annali pro ecclesia de Stok sancte Milburge appropriata priori de Wenlok, et de **xvi s.** de quibus idem prior onerabatur super dictum compotum pro ecclesia de Madeleye, appropriata eidem priori de Wenlok, exoneravimus eciam dictum priorem de **xlii s. viii d.** de quibus oneratus fuit super compota sua de utroque anno dicte decime biennalis nobis anno regni nostri **xx<sup>mo</sup>** concesse pro eadem ecclesia de Stok, et de **xxxii s.** de quibus idem prior onerabatur in eisdem compotis de utroque anno dicte decime pro eadem ecclesia de Madeleye, et de **xlii s. viii d.** de quibus idem prior oneratus fuit super compota sua de dicta decima nobis anno regni nostri Anglie **xxv<sup>mo</sup>** concessa de utroque anno dicte decime pro eadem ecclesia de Stok, et de **xxxii s.** de quibus idem prior oneratus fuit super compota predicta pro ecclesia de Madeleye. Et ideo vobis mandamus quod demande quam facitis eidem priori de Wenlok per brevia seu alio modo pro denariis predictis ad opus dicti collectoris solvendis omnino supersedeatis. Et sequestrum, si quod in bonis ipsius prioris de Wenlok apposueritis, seu alias censuras ecclesiasticas in ipsum ea occasione fulminaveritis, seu si quid inde ad opus ipsius collectoris levaveritis, ea ei restitui revocari et relaxari faciatis indilat. Teste G. de Wilford, apud Westmonasterium, **iiii<sup>to</sup>** die Februarii, anno regni nostri Anglie **xxxii<sup>do</sup>**, etc.

*Feb. 6.—Writ to levy £6 from the goods of John de Westdene. The return states that he has none in the diocese, but is beneficed in the diocese of Chichester.*

D. 1358. April 22.—*Writ to the bishop to levy the arrears of tenths due to the king from the goods of certain incumbents, to which he replies that he has been unable to obtain anything except from the incumbents of New Radnor, Alberbury, and Hanwood.*

Edwardus, episcopo Herefordensi salutem. Constat nobis per inspecccionem rotulorum de scaccario nostro quod prior sancti Guthlaci, Herefordie, collector decime annalis nobis ultimo a clero concesse in diocesi Herefordensi, in compoto suo nuper ad idem scaccarium reddito oneratur de summis subscriptis, videlicet de  $\text{iii s.}$  pro incertis proventibus decani Herefordensis,  $\text{x s.}$  pro ecclesia de Radenore nova,  $\text{vi s. viii d.}$  pro ecclesia de Staunton,  $\text{iii s. i d. ob.}$  pro ecclesia de Hoptone,  $\text{iii s. iii d.}$  pro vicaria de Dodytone,  $\text{xxv s.}$  pro ecclesia de Alburbury,  $\text{vi s. viii d.}$  pro vicaria de Alburbury,  $\text{iii s. iii d.}$  pro capella de Hanewode,  $\text{x s.}$  pro capella de Forde,  $\text{v s.}$  pro ecclesia de Shrewardyn, et de  $\text{iii d. ob.}$  pro porcione rectoris de Conede in ecclesia de Esthope, de quibus quidem summis prefato collectori nondum est satisfactum, ut dicit. Et ideo vobis mandamus sicut pluries quod de bonis ecclesiasticis clericorum dicta beneficia possidencium fieri faciat summas denariorum predictas, etc. [ut supra]. Teste G. de Wilford apud Westmonasterium, xxii<sup>o</sup> die Aprilis, anno regni nostri Anglie xxxii<sup>o</sup>, etc.

1. 171a. De bonis ecclesiasticis rectoris ecclesie de Radenore nova, rectoris de Alburbury, vicarii de eadem, et rectoris capelle de Hanewode, fieri pecuniam eos in hoc brevi contingentem et eandem priori sancti Guthlaci, collectori decime annalis fecimus liberari. Nulla vero bona ecclesiastica ceterorum clericorum, etc., ut supra in precedente folio in brevi de eadem materia.

June 16.—*Writ to the bishop to cause the prior of Monmouth to appear before the Court of Exchequer and answer the claim of brother Michael de Caniaco, proctor of Lyre Abbey, for £4. arrears of a pension of 8s.*

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi, etc. Quia vicecomes nostri comitatus Herefordensis retornavit ad scaccarium nostrum in crastino clausi Pasche ultimo preterito quod prior de Mone-muthe clericus est, etc., vobis mandamus quod venire faciat coram baronibus de scaccario nostro in crastino sancti Michaelis prefatum priorem, clericum vestrum, ad respondendum nobis et fratri Michaeli de Caniaco, procuratori abbatis et conventus de Lira,

A.D. 1358.

firmario nostro omnium terrarum tenementorum et possessionum predicti abbatis in Anglia, de iiiii li. de arreragiis cuiusdam annue pensionis viii s. de qua idem procurator versus nos oneratur infra extentam terrarum et possessionum ejusdem abbatis in Anglia in manu nostra et in custodia ipsius procuratoris pro certa firma nobis inde annuatim reddenda existencium, et quas quidem iiiii li. idem prior nobis et prefato procuratori injuste detinet quominus idem procurator firmam suam predictam nobis solvere poterit, ut debebit, ad grave dampnum ipsius procuratoris ut dicit, sicut rationabiliter monstrare poterit, quod inde respondere debet. Et remittatis, etc. Teste G. de Wilford apud Westmonasterium, xvi<sup>o</sup> die Junii, anno regni nostri Anglie xxxii<sup>o</sup>, etc.

Priorem de Monemuthe in hoc brevi nominatum artavimus per sequestracionem bonorum suorum ecclesiasticorum quod sit coram vobis die et loco in hoc brevi contentis facturus quod in eodem continetur.

*June 13.—Writ to the bishop to levy the arrears of a tenth due from the chancellor of the cathedral and the abbot of Dore.*

Edwardus, etc., Johanni, episcopo Herefordensi, etc. Mandamus vobis quod de bonis et beneficiis ecclesiasticis cancellarii ecclesie Herefordensis in diocesi vestra levari faciatis xli s., quos nobis debet de secundo anno decime biennalis nobis a clero anno regni nostri Anglie xviii<sup>o</sup> concesse in dicta diocesi vestra, et de terris et catallis abbatis de Dora levari faciatis xlivi s. vi d. quos idem abbas nobis debet de eadem decima; ita quod denarios illos habeatis ad scaccarium nostrum apud Westmonasterium, a die sancti Michaelis in xv dies nobis solvendos. Et remittatis, etc. Teste G. de Wilford apud Westmonasterium, xiii<sup>o</sup> Junii, anno regni nostri Anglie xxxii<sup>o</sup>, etc.

De bonis ecclesiasticis cancellarii et abbatis infrascriptorum sequestravimus ad valenciam pecunie in hoc brevi contente ad quem nondum invenimus emptores.

*July 13.—Writ to levy £6 from the goods of John de Westdene, rector of Hopeseye, the value of the goods which came into his hands at the death of Thomas de Clonne. The return states that he has no benefice in the diocese of Hereford, but is vicar of Donnington (Doneghetone), near Chichester.*

D. 1358. Oct. 28.—*Writ to the bishop to distrain on the effects of the dean of Hereford, the rector of Cound, and the prior of Chepstow for the arrears of tenths. The return states that owing to the lateness of the writ no levy could be made.*

Edwardus, etc., Johanni, etc. Constat nobis per inspecccionem rotulorum de scaccario nostro quod prior sancti Guthlaci, Herefordie, nuper collector decime biennalis nobis a clero anno regni nostri Anglie xx<sup>mo</sup> concesse in dioecesi vestra, in compotis suis nuper ad dictum scaccarium redditis de eadem decima oneratur de summis infrascriptis, videlicet de viii s. pro incertis proventibus decani Herefordensis, v d. ob. pro porcionibus rectoris de Conede in ecclesiis de Chetitone et Esthope, et de vis. vi d. pro porcione prioris de Strigoill in ecclesia de Tudenham ac pro temporalibus suis in eadem villa, et quod prefatus prior sancti Guthlaci, nuper collector decime biennalis nobis a clero anno dicti regni nostri xxv<sup>to</sup> concesse, in compotis suis ad scaccarium nostrum redditis oneratur de summis subscriptis, videlicet de viii s. pro incertis proventibus predicti decani, xvi d. ob. pro porcionibus rectoris de Conede in ecclesiis de Chetitone et Esthope, et de vis. vi d. pro porcione prioris de Strigoill in ecclesia de Tudenham et temporalibus suis ibidem, de quibus summis prefato collectori nondum est satisfactum. Et ideo vobis mandamus quod de bonis et beneficiis ecclesiasticis clericorum dicta beneficia possidencium fieri faciat denarios predictos, etc. Teste G. de Wilford apud Westmonasterium xxviii<sup>o</sup> die Octobris, anno regni nostri Anglie xxxii<sup>do</sup>, etc.

Istud breve ita tarde receperimus quod propter tarditatem temporis illud exequi non potuimus ista vice.

Nov. 9.—*Mandate to the bishop to cease proceedings for the recovery of arrears of tenths from Thomas Hakeluit, chancellor of the cathedral, and to inform the Court of Exchequer when he became chancellor, and whether his predecessor is still alive. His reply states that John de Aumbresbury died in 1349, and his immediate successor, the said Thomas Hakeluit, was installed on the 25th of June.*

172a. Edwardus, etc., Johanni, etc. Cum exigantur per summonicionem scaccarii nostri xl s. sub nomine cancellarii ecclesie Herefordensis de secundo anno decime biennalis nobis a clero concesse anno regni Anglie xviii<sup>o</sup>, ac jam ex gravi querela Thome Hakeluit, nunc cancellarii ecclesie predicte, intellexerimus quod, licet ipse dicto anno xviii<sup>o</sup> nec tempore concessionis et solucionis

A.D. 1358.

decime predicte cancellarius ibidem non existiterit, per quod ipse de jure de denariis predictis versus nos onerari non debet, idem tamen nunc cancellarius pro denariis predictis nobis solvendis graviter distinguitur, nos certis de causis per vos cerciorari volentes quis cancellarius dictae ecclesie dicto anno xviii<sup>o</sup> ac tempore solutionis decime predicte extitit, et si superstes fuerit an diem suum suum clauerit extreum, vobis mandamus quod, scrutatis registris et aliis memorandis vestris premissa tangentibus, si per inspectionem eorundem vel per inquisitionem in premissis, si necesse fuerit, capiendam vel alio modo legitimo vobis constare poterit aliquem alium quam ipsum qui nunc est cancellarius ibidem dicto anno xviii<sup>o</sup> et tempore concessionis et solutionis decime predicte cancellarium ibidem extitisse et diem suum extreum clausisse, tunc thesaurarium et barones de dicto scaccario nostro a die sancti Hillarii in xv dies quis cancellarius ibidem dicto anno xviii<sup>o</sup> ac tempore solutionis predicte extitit, et si diem suum clauerit extreum vel superstes fuerit, ac quibus die et anno obiit, et quis jam cancellarius ibidem existit, neconon quibus die et anno in eandem cancellariam installatus fuit una cum toto facto vestro in hac parte constare faciat. Et interim demande quam facitis prefato nunc cancellario pro denariis predictis supersedeatis. Et sequestrum si quod in bonis et beneficiis suis ecclesiasticis ea occasione feceritis interim relaxetis ibidem. Teste G. de Wilford apud Westmonasterium, ix<sup>o</sup> die Novembris, anno regni nostri Anglie xxxii<sup>do</sup>, etc.

Returnus:—Venerabili etc., Johanni, episcopo Roffensi, domini nostri regis thesaurario, ac reverendis viris, dominis baronibus de scaccario ipsius domini regis Johannes, etc., salutem. Breve domini nostri regis recepimus in hec verba:—Edwardus, etc., *ut supra*. Super quibus, scrutatis registris nostris, invenimus quod quidam magister Johannes de Aumbresbury extitit cancellarius in ecclesia nostra cathedrali Herefordensi anno dicti domini nostri regis xviii tempore quo dicta decima currebat, et decessit anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>xlix<sup>o</sup>, set quo die nescimus, post quem immediate successit prefatus Thomas Hakeluit in dicto brevi nominatus, cui facta fuit collacio dictae cancellarie xxiii<sup>o</sup> die mensis Junii, anno Domini supradicto, qui adhuc est superstes et ipsam occupat et tenet cancellariam et installatus fuit xxv<sup>o</sup> die mensis Junii predicti. Et sic dictum breve sumus in omnibus executi. Datum apud Whyteborne, xiiii<sup>o</sup> die mensis Januarii, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>lviii<sup>o</sup>, etc.

D. 1359. March 2.—A similar writ and return.

D. 172b. Feb. 18.—Writ to the bishop to levy certain arrears of tenths from the dean of Hereford, the rector of Cound, and the prior of Chepstow, to which he replies that for various reasons he has been unable to obtain any of them. The demand is the same as on 28th October, 1358.

D. 173a. De fructibus incertis decani Herefordensis de quibus hujusmodi decima exigitur quicquam levare non possumus propter incertitudinem eorundem et eo quod nescitur in quo loco aut quibus rebus consistunt. Nullos vero fructus rectoris de Conede in ecclesiis de Esthope et Chetitone invenire possumus in quibus sequestrum interponi potest quia rectores earundem ecclesiarum fructus omnes provenientes ad easdem integre percipiunt, nec fructus spirituales vel temporales aliqui prioris de Strigoill apud Tudenham existunt in quibus sequestrum interponi potest citra autumpnum proxime futurum.

June 26.—Writ to the bishop to cause the prior of Monmouth to appear before the barons of the Exchequer and answer the claim of the prior of Newent on behalf of the king, for £4 16s., arrears of an annual pension of 8s.

Edwardus, etc., Johanni, etc. Quia vicecomes, etc., vobis mandamus quod venire faciatis coram baronibus de dicto scaccario nostro apud Westmonasterium in octobis sancti Michaelis prefatum priorem de Monemuthe, clericum vestrum, ad respondendum nobis et priori de Newent alienigene, firmario nostro prioratus predicti, de  $\text{iiii li. xvi s.}$  de arreragiis cuiusdam annue pensionis  $\text{viii s.}$  de qua idem prior de Newent versus nos oneratur infra extentam terrarum et possessionum ejusdem prioratus de Newent in manu nostra et in custodia ipsius prioris de Newent pro certa firma nobis inde annuatim reddenda existencium, et quos quidem  $\text{iiii li. xvi s.}$  idem prior de Monemuthe nobis et prefato priori de Newent injuste detinet quominus idem prior de Newent firmam suam predictam nobis solvere poterit, ut debebit, ad grave dampnum ipsius prioris de Newent, etc. Teste G. de Wilford apud Westmonasterium,  $\text{xxvi}^{\text{to}}$  die Junii, anno regni nostri Anglie  $\text{xxxiii}^{\text{o}}$ , etc.

Priorem de Monemuthe, clericum nostrum, in hoc brevi nominatum artavimus per sequestrationem bonorum suorum ecclesiasticorum in diocesi nostra quod sit coram baronibus de scaccario

AD 1359. vestro die et loco in brevi expressis ad faciendum quod breve requirit.

*Sept. 11.—The bishop, in reply to the king's request for information, reports that John Aaron, the present incumbent of the chapel of Broseley, was presented to bishop Adam by the prior and convent of Wenlock on the nomination of Sir Walter Beytyn, lord of Broseley, but that he has not yet discovered to whom the presentation now belongs.*

Edwardus, etc., Johannes, etc. Volentes certis de causis cerciorari quis ultimo presentavit personam ad capellam de Burwardesleye, vestre diocesis, et ad cuius nominacionem presentacio illa facta fuit, et quis vel qui ad eandem capellam personam nominare et presentare ante hec tempora consuevit vel consueverunt, vobis mandamus quod, scrutatis registris vestris vel predecessorum vestrorum premissa contingentibus, nos de eo quod inde inveneritis reddatis in cancellaria nostra sub sigillo vestro distincte et aperte cerciores, hoc breve nobis remittentes. Teste meipso apud Westmonasterium, xxviii<sup>o</sup> die Augusti, anno regni nostri Anglie xxxiii<sup>o</sup>, etc.

Venerabili, etc., W., episcopo Wyntoniensi, Anglie cancellario, Johannes, etc., salutem. Breve domini nostri regis recepimus presentibus annexum, cuius brevis pretextu, nostris et predecessorum nostrorum registris scrutatis, comperimus quod dominus Walterus Beytyn, miles, dominus de Borewardesleye quendam dominum Johannem Aaron, capelle de Borewardesleye nunc ut ereditus incumbentem, priori et conventui sancte Milburge de Wenlok ad dictam capellam de Borewardesleye ultimo nominavit, et iidem prior et conventus ipsum dominum Johannem sic per dictum dominum Walterum ad eandem capellam nominatum domino Ade, Herefordensi episcopo, predecessori nostro, presentavit qui ipsum dominum Johannem ad dictam capellam ad presentacionem dictorum prioris et conventus, mediante nominacione dicti domini Walteri, militis, admisit et canonice instituit in eadem. Utrum vero ad alium vel alios quam dominos de Borewardesleye et priores et conventum de Wenlok predictos nominatio et presentacio ad dictam capellam, cum eam vacare contigerit, pertineat vel pertinere debeat in dictis registris minime continetur, et sic dictum breve sumus in omnibus executi. Datum apud castrum nostrum Castri Episcopi, xi<sup>o</sup> die mensis Septembris, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>lix, etc.

D. 1359. May 18.—*Writ forbidding the bishop to execute any process from the Roman court against William de Cusancia and Nicholas de Neuton. The king, in pursuance of the ancient rights of the Crown during the vacancy of the see of Exeter, presented William de Cusancia to the archdeaconry of Cornwall and a vacant prebend. A suit by the bishop of Exeter was decided by the court in the king's favour and William was duly admitted, and long held quiet possession, but has since, with Nicholas de Neuton, been subjected to litigation outside the kingdom at the instigation of certain of the king's enemies, and has been condemned in enormous and unreasonable costs.*

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi, etc. Cum nos et omnes progenitores nostri, quondam reges Anglie, quibuscumque temporibus retroactis quibus temporalia archiepiscopatum et episcopatum aliquorum in regno nostro Anglie in manibus nostris seu ipsorum progenitorum nostrorum aliquibus de causis extiterunt, ad omnia et singula beneficia de dictis temporalibus existencia et ad tunc vacancia presentare et eorum aliqua dare et conferre consueverimus ut in regio jure nostro, nosque ad hujusmodi beneficia sic vacancia in possessione simus presentandi et ea conferendi ut in antiquo jure nostro supradicto, ac vos et omnes et singuli de ligancia juxta sacramentum fidelitatis vestre nobis et corone nostre prestitum nos ac jura nostra et ipsius corone nostre quecumque viribus vestris manutenerem teneamini, ac nos presentacionem nostram ad archidiaconatum Cornubie et prebendam quam Johannes de sancto Paulo nuper tenuit in ecclesia Exoniensi per creacionem ipsius Johannis in archiepiscopum Dublinensem, tempore quo temporalia episcopatus Exoniensis in manu nostra ultimo fuerunt vacantes et ad nostram donacionem spectantes, versus episcopum Exoniensem per consideracionem curie nostre recuperaverimus, et eos dilecto nostro clero, Willelmo de Cusancia, contulerimus regio jure nostro qui ad eosdem archidiaconatum et prebendam canonice fuit admissus et eos diu pacifice possedit, ac jam datum sit nobis intelligi quod quidam Thomas David et Johannes de Uphulle et quamplures alii, nostri et corone nostre regie inimici, jus nostrum regium et judicium predictum pro viribus callide adnullari facere machinantes, quamplures processus extra regnum nostrum Anglie versus ipsum Willelmum, pro eo quod eosdem archidiaconatum et prebendam virtute collacionum nostrarum sibi inde in dicto jure nostro factarum admisit, prosequerantur, et per eos prefatum Willelmum in magnas pecunie summas ultra modum excessivas ibidem condemnari fecerunt et processus illos

A.D. 1359.

infra regnum nostrum Anglie vobis detulerunt exequendos, et vos eorum pretextu denarios illos tam a dilecto clero nostro, Nicholao de Neutone, quem falsis coloribus et machinacionibus suis partem in processu predicto una cum prefato Willelmo fecerunt, ut dicitur, levari et eisdem Thome et Johanni solvi facere proponitis, dictique Thomas et Johannes alia dampna intolerabilia tam nobis et corone nostre regie quam eisdem Nicholao et Willelmo occasione predicta facere moliuntur in nostri contemptum et prejudicium et jurium corone nostre predice ac judicii predicti et effectus ejusdem lesionem manifestam, nos dicta jura nostra ac judicia in curiis nostris regiis rite redditia illesa volentes observare et impugnatores eorundem debite cohercere, vobis prohibemus ne quicquam pretextu aliquorum hujusmodi processuum vobis liberatorum seu ex nunc liberandorum nec alio quocumque colore faciat nec fieri procuretis quod in derogacionem juris nostri regii vel judicii predicti aut effectus eorum cedere valeat quacumque auctoritate attemptetis nec faciat aliqualiter attemptari, inhibentes universis et singulis subditis vestris ex parte nostra, ne aliquam execucionem super hujusmodi processibus nobis et corone nostre predice sic prejudicibus faciant nec quicquam aliud quod in derogacionem, etc., sub periculo quod incumbit; scientes quod, si vos vel aliquis subditorum vestrorum secus feceritis, contra vos et subditos vestros taliter procedemus, justicia mediante, quod punicio vestra aliis cedet in terrorem. Teste meipso apud Westmonasterium, xviii<sup>o</sup> die Maii, anno regni nostri Anglie xxxiii<sup>o</sup>, etc.

Fol. 174a.

*Nov. 20.—The bishop, as the king's commissioner for that purpose, receives the oath from the new commissioners of array for the county. The form of oath is given in a schedule.*

Edwardus, etc., episcopo Herefordensi, etc. Cum assignaverimus dilectos et fideles nostros Thomam Chaundos, Ricardum de la Bere, Edmundum Hakeluit, Thomam de Bret, Willelmum Deveroys, Willelmum de Frome, Johannem Gour, Hugonem de Monytone, et Thomam atte Barre ad arraandum et triandum omnes homines ad arma et sagittarios in comitatu Herefordensi et ad eos vel quemlibet eorum juxta statum suum armari faciendo juxta formam ordinacionis presentis consilii nostri apud Westmonasterium tenti et commissionis nostre eis inde facte, et ad quedam alia in eadem commissione contenta et in dicto consilio nostro ordinata facienda et explenda, et per breve nostrum

D. 1359.

mandaverimus vicecomiti nostro comitatus predicti quod pre-  
muniri faciat predictos arraiatores quod quilibet eorum sub pena  
centum librarum sit coram vobis ad certos diem et locum per  
vos ad hoc statuendos sacramentum suum in eodem consilio  
ordinatum ad contenta in dicta commissione fideliter exequenda  
prestiturus et commisionem illam in provincia vestra per manus  
dicti vicecomitis recepturus, dedimus vobis potestatem recipiendi  
a prefatis arraiatoribus sacramentum suum in hac parte juxta  
formam cujusdam cedula presentibus intercluse. Et ideo vobis  
mandamus quod certos diem et locum ad hoc statuatis et pre-  
fatum vicecomitem statim cum ad vos venerit inde certificetis, ut  
ipse ad eosdem diem et locum dictos arraiatores coram vobis venire  
faciat in forma predicta, et cum iidem arraiatores ad vos venerint,  
sacramentum eorundem capiatis et eis, si necesse fuerit, in fide et  
ligeancia quibus nobis tenentur et sub forisfactura omnium que  
nobis forisfacere poterint ad idem sacramentum vobis prestandum ex  
parte nostra injungatis et, capto sacramento illo, eis commisionem  
nostram predictam per dictum vicecomitem liberari faciatis juxta  
sacramentum suum predictum fideliter exequendum. Et de recep-  
cione sacramenti predicti ac de toto facto vestro in hac parte  
nobis in cancellarium nostrum constare faciatis indilate, etc.  
Teste Thoma, filio nostro carissimo, custode Anglie, apud Wodestok,  
xviii<sup>o</sup> die Novembris, anno regni nostri Anglie xxxiii<sup>o</sup>, etc.

Cedula inclusa :—Vous jurrez que vous mettrez votre diligence  
et peine pur faire et persourvir en hast larrai des gentz darmes  
et archers et toutes choses comprises en la commission en faite  
a vous et autres, et rien ne prendrez pur faire despert a nulli  
graunt ne petit et que pur favour ne haiour ne lerrez que vous ne  
asserez et apporcionerez loialment solonc votre seen et discretion  
les gentz demurauntz en pais chescun solonc son estat et solonc  
ceo quil purra raisonablement porter, si Dieu vous aide et ses  
seintz.

Returnus :—Venerabili, etc., Willelmo, Dei gracia Wyntoniensi  
episcopo, domini nostri regis cancellario, etc., salutem, etc. Breve  
domini nostri regis recepimus in hec verba :—Edwardus, etc., *ut supra in proximo brevi precedente.* Hujus auctoritate brevis sacra-  
mentum personarum suprascriptarum, xviii<sup>o</sup> die mensis Decembris  
proxime preterito, juxta formam cedula infra breve nobis super hoc  
directum incluse recepimus ad fideliter exequendum quod in eodem  
brevi continetur, et vicecomes suprascriptus commisionem de qua  
in dicto brevi fit mencio juratis predictis liberavit.

D. 174b.

A.D. 1359. Nov. 20.—*Writ to distrain on the goods of John de Westdene, with the same return as before.*

Dec. 6.—*Writ to the bishop to sell the goods of the chancellor of Hereford and the abbot of Dore, which he has sequestered for arrears of a tenth.*

Edwardus, etc., Johanni, etc. Mandamus vobis quod illa bona ecclesiastica cancellarie ecclesie de Herefordia ad valenciam xl s. que nuper de mandato nostro sequestrari fecistis in manum nostram, prout retornatis ad scaccarium nostrum a die sancti Michaelis, anno regni nostri Anglie tricesimo secundo finiente, in xv<sup>o</sup> dies, et quos dictus cancellarius nobis debet de secundo anno decime biennalis nobis a clero anno dicti regni nostri Anglie decimo octavo concesse in diocesi vestra, et illa bona ecclesiastica abbatis de Dore ad valenciam xlvi s. que similiter sequestrari fecistis in manum nostram, prout retornatis ad dictum scaccarium nostrum ad predictam quindenam, vendicioni exponi et vendi faciat; ita quod denarios inde provenientes habeatis sive mittatis ad scaccarium nostrum in crastino purificacionis beate Marie proxime future nobis per aliquem de vestris ibidem solvendos. Et remittatis ibi tunc hoc breve. Teste G. de Wilford apud Westmonasterium, vi<sup>to</sup> die Decembbris, anno regni nostri Anglie xxxiii<sup>o</sup>, etc.

Non fuit retornatum istud breve quia nimis tarde receptum fuit.

A.D. 1360. March 7.—*The bishop, in reply to the king's request for information, states that the king, in right of his possession of the temporalities of the prior of Wenlock, presented Robert de Shardlowe, and afterwards the present incumbent to the chapelry of Willey, and that formerly the Harleys had nominated a priest to the prior and convent of Wenlock.*

Edwardus, etc., Johanni, etc. Volentes certis de causis cenciorari quis ultimo presentavit personam ad capellam de Wilileye, vestre diocesis, et ad cujus nominacionem presentacio illa facta fuit, et quis vel qui ad eandem capellam personam nominare et presentare ante hec tempora consuevit vel consueverunt, vobis mandamus quod, scrutatis registris vestris vel predecessorum vestrorum premissa contingentibus, nos de eo quod inde inveneritis reddatis cerciores, etc. Teste Thoma, filio nostro carissimo, custode Anglie, apud Redyng, iii<sup>o</sup> die Februarii, anno regni nostri Anglie xxxiiii<sup>to</sup>, etc.

D. 1360.  
175a.

